

COMMENTATORES.

Scriptit S. Ambrosius librum *de Salomone* (exstat tomo II Operum ejus), in quo non aliud tractat quam parabolam, vel enigma illud *Proverb. xxx, 18*: «Tria sunt difficultia mili, et quartum penitus ignoro: via aquila in cœlo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam virginis adolescentis.» Subdit deinde explicationem totius capituli *xxxii Proverb.* de Muliere forti.

Exstat tomo VIII S. Hieronymi *Commentarius in Proverbias*; sed certum est illum ex officina S. Hieronymi non prodidisse, tum quia stylus plane discrepat ab eo, tum quia in cap. *xxx* citatur non-nominatum S. Hieronymus, ac in cap. *xxi* et *xxxii* citatur S. Gregorius Papa, qui ducentis pene annis S. Hieronymo fuit posterior, tum quia idem *Commentarius* plane ad verbum exstat inter Opera Bedae. Bedae ergo est, ejusque stylum rededit, uti Bellarminus et alii notarunt; quare Beda nomine eum citabo. Scriptit S. Basilius, hom. *12 in Principium Proverbiorum* (unde subiungitur illa homilia *de Ira et Inclinatione*), in qua primas sententias primi capituli *Proverb.* explicat. Sed nonnulli viri eruditissimi, qui acerbat crisis, dubitant, immo negant hoc opus esse Basili. S. Augustinus in cap. *xxxii Proverb.* de Muliere forti scriptis serm. 217 et 218 *De Temp.* In libro Salomonis scriptis Honoriensis (excusus est Colonie anno Domini 1344), Augustodunensis presbyter, qui claram anno Domini 1220, teste Trithemio. Rursum in cap. *xxxii Proverb.* de Muliere forti ingens volumen scriptit Albertus Magnus, in quo totum illud caput partim physice, partim ethice, partim mystice explicat.

Mystice quoque Proverbia et Ecclesiastica, sed breviter et punctum explicit Salomonis Episcopus Vienensis (exstat tom. V *Biblioth. sanctorum Patrum*), cui Eucherius Lugdunensis dedicavit et inscriptis suis *Commentarios in Genesis*, et in *lib. Regum*; imo Salomonis hunc fuisse filium Eucherii, genitum ab eo ante Episcopatum, docet Baronius, anno Christi 441, qui tam patrem quam filium a doctrina et sanctitate dilaudat.

Caput *viii Proverb.* contra Arianos explicat Faustinus presbyter (vulgo Gregorius Betticus Episcopus Elberlinus), lib. VI *De Fide contra Arianos*, ad Gallam Placidam Augustam, tempore Theodosii Imperatoris. Sed liber hic parva est actoritatis, eo quod auctor fuerit schismaticus: fuit enim cum Marcellino presbyter schismatis Ursicini con-

tra B. Damasum Papam, tempore S. Hieronymi. Exstat tomo IV *Biblioth. sanctorum Patrum*.

Exstat Romæ in *Bibliotheca Sforiana* et aliis, Catena in *Proverbia Graecorum Patrum numero quindecim*, nimirum Apollinarii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Didymi, Diodori, Epiphani, Evagrii, Eusebii, Eustachii, Hippolyti Juliani, Origenis, Olympiodori, Polychronii; quam et Graeco in Latinum convertiti noster Theodorus Peltanus, editio est Antwerpia anno Domini 1614, quam crebro citabo.

Posteriori avo scriptit in *Proverbia* Robertus Holeot, sed miscellanea continet ex varia eruditione, que concionatores illius ævi ac conciones suas venabantur. Sunt tantum qui putent illud opus non esse Roberti Holeot, sed Thomas Anglici Galensis, uti in fronte libri prænuntiatum legimus. *Lectiones in Proverbia* scriptit Guilielmus Parisiensis, Lyranus, Hugo, Dionysius Carthusianus scriptere in *Proverbia*, quece ac ceteros omnes S. Scripturae libros.

Antonius Giggeius doctor collegii Ambrosiani Mediolani edidit Catenam trium Hebreorum Rabbinorum, scilicet Salomonis, qui a patre cognominatur *Isaïdes*, quia Isaiæ filius; a patria *Ierih*, vel potius *Iarchi*, id est *Luneus* vel *Lumen*, ab oppido Aquitanie quod *Lanel* appellatur; nam a *PPV* *Iarech*, id est *tuna*, dictus videtur *PPV* *Iarchi*, id est *Lunensis*. Hic inter Rabbinos percerlebris est, cumque sepe citat et sequitur Lyranus. Hic ergo primus est in Catenâ, dito reliqui sunt R. Abraham Ben Ezra et R. Levi Ben Gherson. Porro Giggeius Catenam ex Hebreo in Latinum convertit, addiditique versionem Chaldaicam et Syracam, quas crebro citabo. Qui hactenus in *Proverbia* scripserunt, nee haue Hebreorum, ne illam Graecorum Catenam, uti nec Syram, neccios nullulos jam citatos videntur vidi. Veritas ubivis Gentium reperiatur, colenda est, ac dicendum subinde cum Virgilio Ennius legit: «Gemmæ et stercor colligo.»

E recentioribus, et nostro hoc seculo scriptere Hieronymus Osorius, et e Societate nostra Theodorus Peltanus, quorum uterque *Proverbia eleganti paraphras* illustravit; Constantinus Fontius, Petrus Nannius, Sextus Senensis in *Sophias monstrosa*, Michael Sidonius, Petrus Scarga et Societas nostra, Robertus Baynus, Joannes Arboreus, Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus, Cornelius

COMMENTATORES IN PROVERBIA SALOMONIS.

13

Jansenius more suo solide et profunde, ac plures alii; sed post omnes et pre omnibus fuse et eruditus nosfer Ferdinandus a Salazar, qui multam non solum sacram, sed et profanam eruditioinem continet, atque liberalius ad conceptus elegantias et morales, etiam et Gentilibus petitos, digreditur.

Paulo fusior hic ero, tum quia Salomonem quasi sapientia fontem hic explico, qui Ethicam tradit per gnomas breves et concisas, que singule sepe virtutem integrum explicant, quam Aristoteles, S. Augustinus, S. Thomas, et ceterique Philosophi et Theologi pluribus fere capitibus et questionibus pertractant; tum quia liber hic totus moralis est: materia autem de moribus ampla est et pretutus tum legibus, tum docentibus, tum concionantibus, tum cuique hominum generi. Quare singularium Patrum et Interpretum sensus et sententias, easque sapientiam affero; sed brevitalis studio succisas, et in pauca contractas, ad rerum copiam, utique lector nihil jure desideret, sed unum nunc *Commentarium* legens, in eo omnes intueatur et legat magno sui et temporis, et laboris, et expensarum compendio: multis etiam non est oltum, nec animus et vires ad tot tamque vastos et prolixos *Commentarios* evolendos. Id enim in eorum gratiam presul, qui jam a 37 annis sacram Scripturam publico docendo, omnes omnium sacrorum librorum Interpretes evolui, quin et e Patribus omnibus, Graeciis, Syris, Latinis atque Scholasticis, ceterisque classicis auctoribus loca Scripturae sparsam ab his pertractata studiose collegi. Aliorum expositiones et sententias, preterim probabilis, ingeniosas et symbolicas, licet minus probrem, non tamen improbo et rejicio, tum ne viris doctis et eminentibus censoriorum virgulam mili arrogem, tum ut lectorum judicio sequere ac usui eos permitant et resignam, ut se fecisse profetetur S. Hieronymus. Quare variis sensu refero, sed magis genuinum indicio semper et præfiero. Ille enim est verus propriusque S. Scripturae sensus, quem Spiritus Sanctus carum auctor concepit, et hisce gnoma significare intendit. Ea de causa ilium velut germanam Spiritus Sancti mentem undequerum scrutor et venor, nec meo ingenio ingeniosisque concepibus indulgo. Hunc enim genuini sensus a Spiritu Sancto concepti scopum mili ita prefaxi, ut irretorita mentis oculis in eum jugiter intendam, nec vel pilum ab eo me

dimoveri patiar, esto alii magis ingeniosi et planifices occurrant. Hi enim sepe non sunt litterales et germani; unde curiosorum aures titillant, at animum veritatis avidus non satiant, nec expletent. Hic enim evenit idem quod videmus in intellectibus hominum: alii enim sunt subiles, acutiose pollutant ingenio, at parvo sunt iudicio; alii vicissim sunt prudentes, acrie possunt iudicio, at exiguo sunt ingenio: nimurum id accidit, tum ex Dei domo, qui ita charismata sua partitur, tum ex temperie diversa et contraria. Ingenium enim et inventiendi acuta subtilitas in calore, fervore et ueste; iudicium vero in frigore et quiete mentis sedate consistit: qua de causa senes ob frigidas sedatasque passiones valere consilio et iudicio, juvenes vero ob fervorem sanguinis praecellere ingenio et acumen, experimur. Ita rector in scientiis, ac presarum in expositione S. Scripturae, nimis acuta sunt parum genuina; que plus habent subtilitas, minus habent soliditas; que multum habent ingenio, exiguum habent iudicium: quia Sanctus Spiritus Scripturam non subtili et acuto, sed simplici, candido planoque style, utpote ad omnium, etiam rudium, captum accommodato, et ad disciplinam moresque conformando appositum dictavit; ita tamen ut illi, ne vilescat, sui insit obscuritas et difficultas, que lectorum studium sequit reverentiam execuit, uti cap. 1 pluribus ostendamus. Scitum est illud Philosophi: «Chrysippi acumen in seipo refrangitur.» Nemis enim rerum acuminis, dum in nimia earum subtilitates, velut in atomos indivisibilis, ideoque invisibilis discedunt, sui tenuitate dissolvuntur, ut mentis aciem fugiant et evanescent.

Denique addam sepius apologetos et gnomas aliorum Sapientiam Salomonicas antiphonas, que magnam eis venustatem aque ac lucem afferent, ac presarum Cyrilii, quos nemo Interpretus haec tenus vidit, excepto uno Bionysio Carthusiano, qui illos frequenter citat. Titulus libri est: *Apologia moralis S. Cyrrili in quatuor libros distributi*. Reperti sunt in celebri illa Budensi Bibliotheca Matthiae Corvini regis Hungarie, manuscripti; edidit eos noster P. Balthasar Corderius Vienne Austria anno Domini 1630. In hisce Cyrilii multa Salomonis aque ac Ecclesiastici proverbia luculentæ, docte, pie, eleganter et sapienter explicata, uti intuenti patet. Plura de his dixi initio Ecclesiastici.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, proponit finem et scopum horum proverbiorum, sive parabolarum, qui est docere sapientiam prae-
ticanam, quae in recte operando consistit, cuius proinde initium est timor Domini. *Inde secundo*, vers. 8,
hortatur omnes ad studium sapientie, utique caveat ab illecebris et insidiis insipientium, puta impiorum.
Tertio, vers. 28, ipsam sapientiam predicantem, omnesque ad se invitantem inducit, venientibus ad se
ingentia premia promittendo, responentibus ingentes panes communando.

1. Parabolæ Salomonis, filii David, regis Israel.
2. Ad sciendam sapientiam, et disciplinam : 3. ad intelligenda verba prudentiae, et suscipienda eruditionem doctrinæ, justitiae, et iudicium, et aequitatem : 4. ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia, et intellectus.
5. Audiens sapiens, sapienter erit : et intelligens, gubernacula possidebit.
6. Animadverteret parabolam, et interpretationem, verba sapientum, et enigmata eorum.
7. Timor Domini, principium sapientie. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.
8. Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ : 9. ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo. Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.
11. Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tenditculas contra insontem frustra : 12. deglutiamus eum sicut infernum viventem, et integrum quasi descendente in lacum.
13. Ommem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis.
14. Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum.
15. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuam a semitis id.
16. Pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem.
17. Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.
18. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidianter, et moliuntur fraudes contra animas suas.
19. Sic semita omnis avari, animas possidentium rapiunt.
20. Sapientia foris praedicit, in plateis dat vocem suam.
21. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens: 22. Usquequo parvuli diligiti infantiam, et stulti ea, que sibi sunt noxia, cupient, et imprudentes dibunt scientiam?
23. Convertimini ad correctionem meam: in proferam vobis spiritum meum, et ostendam vobis verba mea.
24. Quia vocavi, et renuistis: extendi manum meam, et non fuit qui asperceret.
25. Desperatis omne consilium meum, et incrépationes meas neglexisti.
26. Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenierit.
27. Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas inquererit: quando venerit super vos tribulatio, et angustia.
28. Tunc invocabunt me, et non exaudiam: manus consurgent, et non invenient me: 29. eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non suscepserint, 30. nec acqueiverint consilium meo, et detraxerint universa correptioni mea.
31. Comedent igitur fructus viæ sue, suisque consiliis saturabuntur.
32. Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos.
33. Qui autem me audierit, absque terrore requiescat, et abundantia perfruetur, timore malorum sublatio.

PRIMA PARS CAPITIS.

1. PARABOLE SALOMONIS, FILII DAVID, REGIS ISRAEL. — Est hic titulus, simul et initium libri, in-
- dicens ejus argumentum, puta quod continet parabolæ; æque ac auctorem, scilicet quod au-

tor ejus sit Salomon rex, Davidis filius. Unde omnino videtur hic titulus non a collectore parabolarum, ut vult Lyranus et alii, sed ab ipso Salomone suo huic libro prefixus; sequentia enim verba, quæ Salomonis esse constat, nimirum « ad sciendam sapientiam », etc., ab hoc titulo pendent et reguntur; aliqui enim illa verba carerent suppositio, æque ac sensu. Quia enim ita liberum inchoaret: « Ad sciendam scientiam, » nisi premitteret, vel subdiceret: « Scriptus est hic liber a Salomone, » vel quid simile? Salomon ergo primus fuit, qui libro huic suo nomen suum prefixit; id enim non fecit Moses, Josue, David, et auctores librorum Iudicium, Regum, Paralipomenon, etc. Salomon secutus est istas, qui ita inchoat: « Visio Isaiae, » ceteraque Prophetæ. Addit nomen patris, scilicet quod Davidis sit filius, quia hoc cognomine a ceteris, qui nomen habent Salomonis, secesserit, et magnum libro sibi que dignitatem conciliat, quod scilicet sapientis regis sapiens sit filius et rex, ait S. Basilius. Hoc enim fidem et auctoritatem magnam ipsi tribuit. Quare improbabiliter Scholia Vatablo adscripta censem non tantum titulum hunc, sed et sequentia, totumque proemium non a Salomone, sed ab eo qui ejus sententias colligit, esse additum, operi quo prefixum.

Pro parabolæ, Hebreice est מִשְׁלָה misle; Chaldaice מִתְלָא mithla. Chaldei enim Hebreum וּמִתְלָא in נֶגֶד נִתְלָא putat, ut in t, ut pro misle dicant mithla; sic pro scelos, id est tria, dicunt tselos; sic pro sekel, id est siclus, dicunt tekel, etc., perinde ac Flandri Germanicum s mutant in t, ut pro wasser diconunt water, id est aqua; pro vas dicunt vat, id est vas; pro lassu dicunt laten, id est reliquiae. Graece vocantur οὐρανία, id est paracemie. Noster verit, parabolæ; Tigurina verit, sententia; Vatablus, apophthegmata et gnoma. Hec omnia unum idemque significant. Igitur haec sententias vocantur primo, hebreice מִשְׁלָה meschalah, et in regime מִשְׁלָה misle (a rad. מִשְׁלָה mascal), id est dominatus est, regnavit, præfuit, dominationem et potestatem habuit, præcellulit; id est illustres sententiae, quasi predominantes et excellentiores ceteris, axiomata, adagia, gnoma, sive illæ proverbia sint, sive parabolæ, sive enigmata, sive quid aliud (1); quo factum est ut in Scriptura sepe

(1) Recellus, ut videtur, verbi מִשְׁלָה prima significatio est, uti consonum Arabicum docet, prenare, imprimerre, exprimere, unde et dominatio premerre (Gen. xxv, 2), et exprimere, similitudinem aliquius rel quacunque ratione redire, duxa primum formula ab illis figuris, quæ cornu, argilla, gypos et similibus exprimitur, et deinde ad ipsum genus imitationum translatæ. Hinc solemnissima illa Arabian formula, percussi similitudinem, tanquam ictu eam exprimens, ut is-monaeta fit, quam et percussere, pro condere (ut Galli frapper), Arabes dicunt; id vero deinde est similitudinem propositi, simil rem illustrati. Late vero patet nominis meschalah usus; jam enim omnia in universum carmina, ob figuratum dicendi genus ita vocantur: propheticæ, ut Nume. xli, 47, xxxv, 4.

voles parabolæ, proverbium, paromnia confundantur, et pro eodem sumuntur, ut scilicet sententiam, sive ratioinationem aliquam insignem et eminentem significant. Misle ergo significat sententias plenas sapientie, difficultatis, gravitatis, utilitatis, acuminis, auctoritatis, et quasi potestatis; haec enim ceteris predominantur et excellunt.

Rursus מִשְׁלָה maschel per translationem significat assimilare, axiomata dictare, parabolizare, parabolam, enigmam, proverbium, adagia, sententias et sente dicta eloqui. Hinc misle significant parabolæ, similitudines, comparationes, adagia, enigmata, scilicet dicta. Unde R. Levi: מִשְׁלָה maschel, inquit, id est proverbium, vel parabolæ, est res quædam per similitudinem pronuntiata, ut animo exhibet formæ rei de qua loquimur, ut eam faciliter imaginari, comprehendere et intelligere queat.

Secondo, graece vocantur οὐρανία, quasi sententiae, que in via et trivio dicuntur (dico, «num est via», puta sententiae triviales, vulgoque usurpatæ et trike, ut et per viam recedunt et decantentur. Adeo enim dignæ, utiles et necessarie sunt ad mores formando, et vitam hominis quaquaevum instruendam et dirigendam, ut ubilibet, etiam in viis et compitiis, legi, cani, iterari, et continuo corde oreque versari terique debeant. Ita Ihesychius, in Lexico, οὐρανία dictam putat ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ, id est δέκα, hoc est via, quasi οὐρανία; Julius Scaliger tamen, lib. III Poetices, cap. LXXXV, valde congrue censem οὐρανίας dici παρά τὸν ἀριθμόν, quod non modo viam, sed et verbum significat, ut οὐρανία idem sit quod preter vel juxta primum verbum, q. d. A primo verbo ejusque sensu alterum verbum et sensus alter. Est enim proprie paromia oratio allegoria et metaphorica, vel alludens, aliudque innuentes. Adde, etiam si dico; accipio pro via, paromiam idem significare, nimirum sententias, quæ preter viam, id est preter communem loquendi modum (hunc enim significat Hebreus γὰρ δερεχ, id est via) dicitur, sive que licet vulgo tria sit, tamen vulgariter loquendi consetudinem transcendit, quia scilicet figurata est, recondita, eminens et illustris. Paromia igitur est sermo subobscurus, etsi interim per quædam manifesta vim suam non omnino dissimilat; vel certa est sermo ejusmodi, qui prima quidem fronte facilem sensum offerre videtur, at in recessu quiddam reconditum atque abstrusum continet.

Usus est autem Salomon hoc obscuræ orationis genere, ne haec doctrina morum quasi facili ab ignariis contemneretur, aut profanorum hominum insidiis et sannis temere exponeretur, atque ad accedendum in studiis eorum studium et investi-

gencia, Iust. xiv, 4; lugubria, Job. xxvi, 4; xxi, 4; iam brevia, sed gravis et sententiose dicta, quæ ad monum disciplinam sapientiamque pertinent,

gationem. Ita Olympioderus in *Catena Grecorum*: « Scriptores profani, ait, paroemiam sermonem popularem et quasi trivialiem definunt; cuiusmodi est dici haberique potest, quem iter facientes inter se conferunt. Siquidem *q̄ue* hominibus Greecis idem sōnat, quod Latinis *vía*. Apud eos autem qui sacra tractant, paroemiam vel proverbium est sermo, qui sub modica verborum obscuritate gravem aliquam sententiam complectitur, eaque ratione legentibus vel audiendis usum adferit non vulgarem. Atque illud Christus diserte confirmat: *Hīc* in proverbiis locutus sum vobis; venit *hōrā*, cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam. Proverbialis itaque sermo non directe et perspicue, quo tendit, aperit, sed oblique et subobscure, ut cum dicitur: Dulce inexpertis bellum: Auxilium post conflictum: Stilla assiduo lapsu cavit lapidem. » Etymi eam cum Didymus in eadem *Catena*: « Proverbialis sermo alio nomine paroemia vocatur, inquit. Nam cum initio via in milliaria (ut Romani appellant) needium essent distincte, prisce etatis homines per certa itineraria intervalla signa defigebant, hisdemque aliquod problema, vel aphorisma, vel illustrè aliquod dictum adscribi curabant. Faciebant id autem duplice de causa: hanc una era, ut viator hinc intelligeret quantum via spatium emensus esset; altera vero, ut ejusmodi sententiam animo versans, ejusdemque interpretationi inter profiscendum insisteret, melior doctiores evaderet, simulque itineris molestiam falleret. » Additum: « Paroemia est oratio oculō modo veritatem ostendens. » Ac mox tertiam causam subdit: « Elenim, inquit, cum veritatis rationem non omnes curarent, ad illorum utilitatem vitæque institutionem, qui iter faciebant, gravem aliquam sententiam publicis viarum indicibus veteres sapientes adscribent, quo vel obiter præterentes sensum illorum investigarent, investigandoque et hauriendo eruditiores et sanctiores evadent; *q̄ue*, namque greci idem significant, quod latine *vía*. Sunt qui paroemian hunc in modum definiant: Paroemia est dictum triviale, quod ab una aliqua notione ad plura transferri potest. Sublimiore causam dat Hippolytus ibidem: « Paroemie, inquit, sunt sermones exhortatori ad omnem *vita* viam recte instituendam commodi; siquidem iis qui mentis affectum recta ad Deum tendunt, iter ostendunt. Habent se enim instar viarum indicium, qui itineris molestia et longitudine defatigatos recreant nonnihil et refocillant. » Verum, ut dixi, paroemia extenditur ad significandum quodvis proverbium, et quavis gravem sententiam. Unde Donatus: « Paroemia, inquit, est accommodatum rebus temporibusque proverbiū. » Et Diomedes: « Paroemia est proverbiū vulgaris usurpatio, rebus temporibusque accommodata. »

Tertio, a Latino nostro interprete Graeca vocant *parabola*, id est similitudines, a *metaphorā*

id est assimilo, comparo, quasi rerum dissimilium comparatione. Unde Donatus: « Parabola, inquit, est rerum genere dissimilium comparatio. Inde extenditur parabola ad significandum exemplum, typum, figuram, fabulan, enigma, omnemque sententiam illustrem, ut ostendit *Hebr.* cap. xi, vers. 19, ad illud: « Unde eum (Isaac) et in parabolam accepit. » Ita S. Chrysostomus in *Catena Grecorum*: « Parabola, ait, est omnis sermo sapiens. » Ex *parabola* Itali et Galli per crasim formarunt suam *parola*. Nam Hispani, qui multa incorruptius servarunt, dicunt *parola* per metathesis, pro *parabola*; ex quo fit *parlare* et *parler*. Quin etiam loquacem Itali vocant *parabolana*, ait Angelus Caninus in *Historia*, pag. 8.

Ex dictis colligitur alias proverbialium harum gnomarum esse modos et species. S. Athanasius in *Synopsis S. Scripturae*, cap. xiv, in lib. *Prov.*, eas ad quatuor redigit species: *Primo* enim inter eas sunt paroemiae, id est sententiae faciles et triviales, que licet *acute*, tamen ita plane sunt et clarae, ut etiam a plebeis et rudibus intelligentiarū et usurpentur.

Secundo, sunt strophæ, que aliud in cortice littere sonant, sed per illud aliud significant, qualia sunt symbola Pythagoræ, Hori Apollinis et Ägyptiorum. Exemplum dat S. Athanasius illud, cap. xxii, vers. 1: « Quando sedeleris ut comedas cum principe, etc., statue cultrum in gutture tuo. » Et illud, cap. xxvii, vers. 25: *Apera sunt prata, et apparuerunt herba virides, et collecta sunt fœna de montibus. Agn ad vestimentum tuum, et hædi ad agri pretium.* Tale quoque est illud cap. v, vers. 15: « Bib aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui. Deriventer fontes tui foras. » Et cap. i, vers. 17: « Frusta jacit rete ante oculos pannatorum. » Prisci enim Hebrewi sua dogmata involucris quibusdam, ut parabolis, anagibis, strophis, involvebant, tum ad eorum dignitatem et veneracionem, tum ad accenduntum discipulorum ad ea perscrutandam studium. Ab Hebrewis idem mos manavat Ägyptios, quisuan sapientiam celabant suis hieroglyphicis; ab Ägyptis transit ad Graecos. Unde Pythagoras sua dogmata tradidit per symbola. A Graecis denique manavit ad Latinos.

Tertio, sunt parabole, id est sententiae comparatae, sive similitudines; et his crebro utitur Salomon more Hebreo. Unde vulgo vocantur et inscribuntur parabole; permulce enim Salomonis gnoma vel expressum vel tacitum continent unius rei et hīc cum alia re ethica vel physica comparationem: quae de causa acumen *aque* ac elegantiæ et difficultate continent; difficile enim *sepe* est pervidere in quo consistat unius rei cum alia comparatio et similitudo. His addi possunt antitheses; sepe enim una sententia hic alteri compontur per antithesis, hoc est ei opponitur: in qua oppositione acumen *aque* ac

pos insignis cinetur. Exempiū *parabola* sicut

5. Athanasius illud cap. xxv, vers. 13: « Sicet frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum: animam ipsius requiescere facit. » Similes sunt eodem capite vers. 14, 16, 18, 19, 20, 23, 23, etc.

Quarto, sunt gryphi et enigmata. Exemplum dat S. Athanasius illud cap. xxx, vers. 15: « Tria sunt in naturabilia, et quartum quod nunquam dicit: *Suffici*. » Tale est cap. ix, vers. 1: « Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas, » etc.

Ex hisce et similibus sua symbola et enigmata deprompsit Pythagoras, quæ veteres adeo celebribant, ac imprimis S. Cyrillus, lib. IX *Contra Julianum*, cap. ii: « Pythagoras, ait, enigmaticam manifestationem magni facit. Erat autem et aliud genus symbolorum tale: Statorem non transcas, id est, ne avarus sis. Non ignem gladio fidias, id est, impudentem et iritatum animum aspiris viris non moveas. Coronam ne velles, hoc est, leges ne offendas; num civitatem coronæ scilicet erunt. Ne cor edas, hoc est, ne conficas te ipsum curis. Ne super chemicem, vel modium, sedeadas, hoc est, ne ignaviter vivas. Non suscipendas hirundines in domum, hoc est, loquaces et impotentes lingue homines non esse factios contuberniales. Onus portantibus imponendum, non autem simul depонendum, hoc est, cooperare alteri ad labore et virtutem, non ad vitum et ignaviam. Deorum imagines in annulis ne feras, hoc est, sententiam et sermonem do diis ne facias manifestes et divulges. »

Quinto, his addi possunt aplogi, quibus animata loquenta vel docente in scenam vel scholam inducentur, ut ea inducit *Eos*. Talis est cap. vi, vers. 6: « Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus, et disse sapientiam; qua, cum non habeat ducent, ne preceptorum, nec principiarum, pat in aestate cibum sibi, et congregati in messe quod comedat. » Et cap. xxx, vers. 43: « Sanguisuga duas sunt filiae, dientes: Affer, affer. » Et vers. 18: « Tria sunt difficulta mihi, et quartum penitus ignoro: vim aquila in celo, vim colubri super petram, vim navis in medio mari, et vim viri in adolescentia. » Et vers. 24: « Quatuor sunt minima terra, et ipsa sunt sapientia sapientibus: Formica, populus infirmus, qui preparat in messe cibum sibi; lepusculus, pieo invalida, qui collocat in petra cubile suum; regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas; stellio manus nititur, et moratur in edibus regis. » Et vers. 29: « Tria sunt que bene graduntur, et quartum quod inedit felicitate: leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum; gallus succinctus lumbos; et est rex est rex qui resistat ei. »

Hec omnia enim Hebrewi vocant *תְּבוֹנִים*, est sententias prædominentes, principes et re-s, tum quia *parabola* sententias sunt id, quod rex

inter plebem: sicut enim rex excellit plebeis, sic ha precellunt ceteris; tum quia sicut rex regit subditos inique dominatur, sic ha sententias dominantur alii, que ex istis velut conclusiones et suis principiis edificantur: quomodo Aristoteles, *Analyt. poster.* lib. I, cap. ix, principia scientiarum vocat *τεκμήρια*, id est dignitates, quia reliquias dimicant sunt, et in ceteras conclusiones, velut proles ex genitis principiis, ac dominatum exercent: simili enim modo hae gnoma non tantum suis conclusionibus et particularibus gnominis, quae a vulgo multa ex eis edificantur, sed et moribus vitaque hominum quasi leges dominantur et imperant; tum denique quia reges, quales erat Salomon, tales decent. Nam, ut illa ait: « Principis verba oportet esse pauca, digna, sublimia et plane regia. » Eadem de causa illæ ipse Græce vocantur *τεκμήρια*, quod *τεκμήριον*, id est præter viam, hoc est morem loquendi communem, vel præter verbum commune efficiantur, ac aliqd singulare et eximium continent, idemque omnium ore, etiam in viis et trivis celebrantur. Quocirca qui juxta eas mores suis dicunt, vitamque instituit, is vere sapiens et probus, ceteri mortalibus longa supererunt. Nam, ut ait Plato in *Protagora*: « Probus vir et philosophus magis prestat inter alios homines, quam rex incolytus inter plebeios. »

Eadem de causa vocantur parabole, quia facilem, planum et vulgatum loquendi modum superant, ac sepe aliquid parabolici, id est aliquam similitudinem, comparisonem, allusionem, metaphoram, allegoriam, similemque figuram continent. Hinc et vocantur proverbia, quasi verba prout petita, puta ab antiquitate, vel re æstima, aut et cetero accepta. Quocirca Dion Chrysostomus proverbia vocat *cana verba*. Sicut enim senectus homini, sic et proverbiis affer suam auctoritatem et pondus. Aut planius vocantur *proverbia*, quasi communia omnium verba, quæ pro foribus et in ore omnium versantur. Tantam enim fidem et auctoritatem continent, ut uno omnium sapientum ac insipientum ore velut verisimili, certissima et prudentissima celebrantur. Vide Ovidium, *V Fastor.* :

Hec quoque de causa, si te proverbia tangunt,
Mense matas Mao nubere, vulgis ait.

Et Cicero, *De Senectute*: « Pares enim cum paribus, veteri proverbi, fauillim congregantur. » Idem, *De Amicitia*: « Praeposteris ultimi consilii, ac acta agimus, que velatum veteri proverbio. » Et igitur proverbiū commune et antiquum aliquod dictum omnium voce celebratum.

Denique vocantur adagia, vel præce adagiones, quasi ad agendum apta, ait Festus. Et Donatus in *Eusechium*: « Et dicta, ait, et proverbia, et adagiones, quod rem agant factis hominibus adscriventur. » Unde Plautus in *Amphytr.*: « Vetus est adagium: *Fames et mors bitem in nasum cog*. »

ciant. » Et Ausonius in prefatione *Monogyll.*: « Ut quod per adagionem cœpimus, proverbio finiamus. »

Idem ergo non tantum re et sensu, sed et connotato ac stylo sunt omnes haec voces: Hebraica misle *Grecorum proverbiis et maxima, Latina proverbia et adagia.*

Porro haec omnia et singula varii varie definiunt. Graeci: « *Parzem, inquit, id est proverbitum, est sermo ad vitæ rationem conducibilis, moderata quadam obscuritate multam in se continens utilitatem;* » alii: « *Proverbium est sermo rem manifestam obscuritate tegens.* » Eisi enim non omnia sunt obscures et figuratae, plenariae tamen talia sunt, eaque censorum optima, que uti translationis pigmento delectant, ita sententiae utilitate prouident. Alii generalius: « *Parzem est celebre dictum, scita quamplam nevitata insigne.* » Ille et *sexta* vocantur, eo quod res saecula dignam confinante, quae antiquitate, siue ac eruditio, gracia et elegancia commendetur, queque et sapientia dictis sit depropria. Nostra vero haec Salomonis insuper sunt oracula, quia omnis Spiritus Sancti ipsi velut regi sapientiam dictata. Unde amplam, arecanam, sublimem, iuno divinam, de moribus et virtutibus, vitaque recte secundum Deum et fiduciam insitum, sapientiam continent; idque cum variarum paraboliarum, enigmatum, schematum et figurarum sale, aumeni et ornatu. Siquidem ut non medicis est artifici gennimatum, puta adamantem, includere amorem, et aurum purpureum intexere: ita non est cuiusvis parcamen apte decanterque aconvenire, emique orationi inserere; sed hoc est opus sapientie, quorum parentes, fons et origo est Spiritus Sanctus. Omnia ergo haec proverbia sunt numina et oracula, non et tripode Apollinis, seu et mente Spiritus Sancti depropria, ideoque eos sunt axioma et apophthegma, ut prouideantur ab ore fideliuum, nunquam a corde extaderent.

Denique sicut nerrus pondusque parzem sive proverbi consistit in certa fide, veritate et auctoritate: sive ejusdem venustas et grata eluet in apta seta que unius rei cum alia simili vel dissimili comparatio; comparatio enim fit nunc per similis synthesis et compositionem, nunc per dissimilis antithesis et oppositionem, sive ea reah sit, sive verbalis, sive potius realis et verbalis sumui, qualiter sunt haec: « *Virgo non virgo existit una. Eleama cum Anna et Phenena non haec fuerer non nupiis. Impiorum infelix est felicitas, piorum feus est infelicitas. Hostium dona non dona. Samem autem dicit: Portans non porto, habens non habeo, videntis non video, audiens non audio. Iniquorum non metetendus zetus. Non bellum bellum. Ornatus inornatus. Ingrata gratia. Elinguis loquacitas. Inopis sunt opes. Humilis est superbo, id est stulte sapientis. Amicus est pauper, id est dulciter amans.* » Sic enim teste Plutarcho, suum

affectum vocant amantes ex mixtum, ita ut libenter contabescant.

Comparatio autem petitur nam ab animalibus, qualis est illa Lucianii: « *Irracundiores catellis, timidiiores leporibus, adutantiores simius, libidinosiores estris, rapaciores libus, contentiosiores gallis gallinaceis.* » Item: « *Cervo vivacior, graculo loquacior, luscina vocalior, vepora virulentior, valpe dolorios, cehino asperior, anguilla magis lubricos, lepore timidor, lumen tardior, dolphinus lascivior, phenice rarius, vulture edacior, glire seminclusior, sue incinctior, asello stolidior, dame pavidior, hirundine bibacior. Nunca a personis, ut David fuit Mose mitior, Salomon sapientior, Samson fortior, Machabeus amissior. Item: Alter est hic Nabuchodonosor, nomen Goliath, noster hic Judas: Christianorum haec Susanna, Sara, Rebecca. Nunc a rebus manuatis: Castus est nube canditor, melle dulcor, olio tranquillior, auro purior. Acedus est plumbo stupidior, stipite tardior. Ebriosus est sponge bibacior, Adria irascundior, pumice sicler. Beatus est stella lucidior, sole splendidor. Talem sunt illa Tertulliani, lib. I *Contra Marcionem*, cap. I: « *Nihil tam barbarum ac triste spud Pontium, quam quod illic Marcion natus est, Seytha territor, Ha-moxiblo instabilior, Massageta inhumantor, Amazonia audacior, nubilo obscurior, hinc frigida, gelu fragilior, Istro fallacior, Caneaco abruption, etc. Quis enim tam castrorum carnis castor, quam qui nupicias abstulit? Quis tam comedens munus Ponticus, quam qui Evangelia corrossit?* »*

Juvat proverbiorum elegantiam Carmen vel rhythmus, qualis sepe est in hisce Salomonis, presertim in Hebrewo, ubi multa sunt *Salomonis*, id sunt cuncta cedentia et desinentia.

Allegorice, Christi dogmata et sententiae sunt *misle, parzem, et parabolæ*, tunc quia Christus more gentis sue, plus multe Syrorum, erubat utebatur parabolis et comparacionibus, iuxta illud: « *Sine parabolis non loquebatur cis, ut impigeret quod dictum est: Aperiunt in parabolis omnia mea,* » *Math. XIII, 34, 35;* tunc quia et dogmata Christi plene sublimia et regia sunt. Unde S. Chrysostomus, *Orat. 10 ex ultimis tom. V:* « *Christus, inquit, Evangelium regum, ceu regnum quiddam toti orbis promulgavit. Christi enim dogmata omnia philosophorum pacita tantum superant, quantum rex superai omnium; tum quia ex Evangelio quasi ex principio principante cestera fidei morumque dogmata derivantur; tum quia Evangelium degeneratur mentibus hominum ensue regicilia, apertum et obsequium fidei, II Cor. cap. x, vers. 2; tam denique quia et parabolæ significant in hisce sententias, sub literali sensu multis latere mysticos et parabolicos, qui sublimis quidam et spiritualius menti ingerant, spiritumque fidelium patuerant et accendant.* »

phice, filde vel contemplationis, presertim SS. Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, etc.

*Quarto ergo et genuine, sapientiam hic non speculative, sed practicam accipe, que est cognitio Dei et ultimi finis ad ipsedorum eo dicendum, puta legum divinarum earumdemque desiderium, plus effectus et amor. Unde eam ita definit Cajetanus: « Sapientia est ratio et norma humanarum actionum recta secundum altissimam causam, que est Deus. » Eius Basilus, hom. in *Principium Prov.*: « *Ad dandam sapientiam, illam, ait, scienciam dignam (nobilium), pretiosam (cum Gentilium): Philosophorum sapientia sit villa. A triobolaris, ut sit S. Chrysostomus, hom. 21 in epist. ad Ephes.) et veram, que tota in mortua sita est. Sic et Socrates ac Philosophi prisci philosophie nomen soli dabunt Ethica, que in moribus formandas consistit. Plura de hac sapientia dixi Eccl. 1, sub initium. Quocirca Salomon in hisce proverbiis sepe incusat Dei attributa, puta providentiam, potentiam, gloriam, etc., que homines ad Dei cultum inducent. Unde cap. IV, vers. 3, ait: « In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. » Et ejus operationes energiamque in creando orbe per Verbum, puta Filium, qui est Sapientia Patris, ut cap. viii: « Quando preparabat celos, aderam, » etc. Item acrem perspicaciam, directionem ac judicium, ut cum ait cap. XV, vers. 8: « *Victime impiorum abominabiles Domino: vota justorum placibilia. Abominatio est Dominis vila impii: qui sequitur justitiam, diliguit ab eo.* »**

*Quares primo, quemnam hic intelligatur sapientia, et quomodo distinguitur a disciplina? Primo, nonnulli per sapientiam accipiunt philosophum, Aristoteles enim habitus intellectus ait esse quinque, nimur sapientiam, scientiam, intellectum, artem et prudentiam: « *Sapientia autem, ait, est rerum altissimarum cognitio; sive est rerum divinarum humanarumque scientia.* » Ita ipse, lib. VI *Ethicorum*, cap. vii. Sic Olympiodorus in *Catena Gracorum*: « *Sapientia, ait, ex divinis operibus hauritur; disciplina vero certis legibus et regulis descripsa continetur. Rursum sapientia est corporum et corporis exortum, et providentia qua in his spectatur cognitio. Doctrina vel disciplina est anime moderatio circa patibulum, rationisque experientia eiusdem anime partem.* »*

Accedit R. Levi Ben Gersom: « *Sapientia, ait, est rei cognitio per proprias et intrinsecas causas.* »

Secondo, Hugo et Dionysius per sapientiam accipiunt fidem. Hec enim altissima SS. Trinitatis, Incarnationis, Beatitudinis, Resurrectionis, et operaria mysteria credit et comprehendit.

*Tertio, Lyranus et ali per sapientiam accipiunt contemplationem, per disciplinam actionem. Sic et Salomon hic: « *Sapientia, ait, est divinarum rerum cognitio, sive fides. Disciplina est sancta et pura vita universalis. Verum hos sensus non esse literales, ne genitio, patet ex dictis. Item inquit ex decursu totius libri: in eo enim panca, et vix illa invenies dogmatum sapientiae philosophi.* »*

(3) Sex priores versus sunt inscriptio, qv: indicatur hanc argumentum et consilium: quo Rosenmüller sic v. 22.

1. Sentiens Salomonis, Parvula illa, Irrititum regis,
2. Ad sapientiam disciplinamque discendentem,
3. Ad preceptorum præfationem intelligentiam,
4. Ad sapientiam enim intellectus culmen.
5. Tun justi et pars regis omnis institutionem,
6. Juvenibus scientiam et considerantiam,
7. Sapientia si uenit doctrinam augebit,
8. Prudens ita consilii soleritatem acquirit,
9. Ad intelligentem figurare et eleganter dicta, Sapientiamque fala eorumque ambiguata.

Quicunque disciplina proprie competit insipientibus: horum enim est cupiditates suas dominas et frangere, ut ad sapientiam et virtutem perveniant; sapientia vero compelsa proiectis et perfectis, qui edomitis passionibus per sapientiam, velut faciem legis divinae, illico vidint quid in qualibet vel non faciendum vel non faciendum sit. Sensus ergo est, q. d. Parabolæ haec docent tam incipientes quam proiectos, tam insipientes quam sapientes: illos enim docent disciplinam, id est passionum mortificationem; hos vero sapientiam plenamque virtutem. Sic Zeno Stoicorum princeps, ut ad suam scholam et sectari plures perlicet, diebat in Stoâ (ita vocabatur Schola a qua dicti sunt Stoici) maturos jam fructus saporem novum accipere, immaturos vero praecoces fieri, q. d. In Stoâ et rudes discunt sapientiam, et docti in eadem proficiunt et perficiuntur.

ideoque et juvenes in ea senescent, et senes in ea juvenescunt.

Symbolice, Lyranus et ali passim (esto non nulli putent id esse literale) per *sapientiam accipiunt vitam contemplativam, per discipinam vitam activam*; hec enim sunt due partes et species adspicere: *sunt vita honeste, quam docet philosophia, id est Ethica Christiana, ut tradit S. Gregorius Nazianzenus, orat. 23.* *Hec enim, ut dicitur, orat. De Fuga sua, sunt duas ali quibus in alium ad Deum evolamus;* *qua in S. Basilio effusissime identestatur, orat. 20,* que est de laudibus eiusdem, ubi et eos qui actionem jungunt contemplationem, vocat ambidextros. *Sensus ergo est, q. d. Salomon:* *Ecce hec sunt parabolae sapientiae, ad quas omnes cohortor et invito, quia illae suos studiosos facient ambidextros, alatos et dupli oculo bene oculatos; duo enim oculi sunt actio et contemplatio, ait Nicetas in *Tetrasticha Nazianz.* Ita noster Salazar, In utroque consistit perfectio; *perfectus enim est is, cuius contemplatio dirigit actionem, ac vicissim actio roboret et perfici contemplationem; offisa enim et sterilis est contemplatio, quae actionem non patit; vicissim actio languida est et inefficax, quae contemplatione non animatur, dirigunt et roborant, ita Olympiodorus in *Catena Graecorum:** *Sapientia, inquit, est quidam divine virtus et sapientiae afflatus, aut purus quidam divinae glorie et maiestatis defluxus. Neque enim quidquam omnino obscurum aut caliginosum in illam cadit. Est namque splendor aeterne lucis, et impudicum divine virtutis speculum, expressaque divine bonitatis imago. Qui igitur vera sapientia imbutus est, hinc omnia explorare cognoscit. Istib[us] autem comperta habere, haud aliud est quam divinae dilectiones Filium, eamque sapientiam, qua Christus est, nosse; Christus enim Dei virtus et Dei sapientia est. Illud vero mysterium non revelatur a carne et sanguine, sed a coelesti Patre.**

3. AD INTELLIGENDA VERBA PRUDENTIE (*Syrus, intelligentie, et Symmachus, ad percipiendum eloqua intelligentie plena*), **ET SUSCIPENDAM ERUDITIONEM DOCTRINE.** — *Aquila, scientie; Symmachus, prudenter; Syrus, ad suscipiendum eruditione et timorem; Arabicus, scito (si severus) sapientiam et disciplinam, intelligens sermones; suscepcaus sermonum, vel festum, aut celebratorem sermonum: unde hebreus est רְבִיעֵי מָשֶׁר שְׁכָל, id est disciplina intelligendi, id est prudenter agendi, ut vertit Vatablus, qua scilicet homo suas passiones castigat, recteque vivendi leges sibi praefigit, hec enim est praeclarissima et sanctissima disciplina. Septuaginta pro ad suscipiendas eruditio[n]em doctrinæ, vertunt, ad suscipiendas strophas, id est involvunt, id est parameias, ait Olympiodorus. S. Hieronymus in cap. XVI Ezech., strophas veritatis, « versutias sermonum et solutiones enigmatum, » tum quia illæ docent usus sechel, id*

que docent usus parabolæ, et quomodo distinguantur ab eruditione doctrinæ? Primo,

Dionysius per *prudentiam* accipit discretionem spirituum, per *eruditio[n]em* doctrinæ docilitatem, q. d. Parabolæ haec valent ad discordam discretionem spirituum et ad acquirendam docilitatem, ut sciillet libenter alios audias, sinasque te doceri.

Secundo, Lyranus per *verba prudentia* accepta verba ethica, que dirigunt agenda; per *eruditio[n]em vero doctrinæ* accipit Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, etc. Verum frigida est hoc expeditio[n]is. Nam has scientias non tradit hic Salomon.

Tertio, R. Levi, Ben Gherson: *Sapientia, inquit, est cognitio rei per proprias et incognitae causas; בְּנֵי בָּרוּךְ הוּא וְרַתְּפָחֵת, id est Noster veritatis, prudentia, est cognitio rei per causas extrinsecas, ut cum *Exodus* solem escalefacere, lunam refrigerare, eum haec tum calore, tum frigore careant.*

Quarto, Hugo: *Prudentia, inquit, est que precebat insidiis; doctrina, que alios docet et erudit.*

Quinto genuine, *verba prudentia* vocantur verba, que docent prudentiam, ut sciat quisque quid in quavis rerum perstasi et circumstantia prudenter, iuxta dictamen rei rationis, puto iuxta normam virtutis legemque Dei, agere vel non agere debeat; quam enim prius vocavit *sapien[t]ia*, hic vocat *prudentia*; et quod prius vocavit *disciplinam*, hic vocat *eruditio[n]em doctrinæ*: *Hebrei enim utrobique idem est verbum נְבוֹת musar.* Explicat enim quod dixit, ad *sciamen[t] sapientiam*, per id ad intelligenda verba sapientiae, et ad *sciamen[t] disciplinam* explicat per id ad suscipiendas eruditio[n]em doctrinæ, ut recte advertit Iansenus. Unde pro *prudentia*, hebrei est בְּרַבָּה, id est discretio[n]is, qua scilicet prudenter discernat בְּנֵי ber, id est inter bonum et malum, inter licetum et illicitum, inter utile et noxiu[m], inter verum et falsum, inter bonum, melius et optimum. Nam, ut ait S. Basilius, hom. in *Principiis Proverbiorum*: *Vera hominis consuli prudentia, discretio[n]is est rerum quae faciente sunt et non faciente, et velut probus numularius, quod probum est retinet, et ab omni mali specie cavit.* *Si enim numularius partim visu, partim tactu, partim pondere, partim sono monitum probam a falso examinat et secerit; sic pariter prudens actions bonas a pravis iudicio rationis et legi divine dijudicat et discernit.*

Eruditio[n]em vero doctrinæ est disciplina, que docet mores corriger et formare iuxta legem Dei, unde hebreus est רְבִיעֵי מָשֶׁר שְׁכָל, id est disciplina intelligendi, id est prudenter agendi, ut vertit Vatablus, qua scilicet homo suas passiones castigat, recteque vivendi leges sibi praefigit, hec enim est praeclarissima et sanctissima disciplina. Septuaginta pro ad suscipiendas eruditio[n]em doctrinæ, vertunt, ad suscipiendas strophas, id est involvunt, id est parameias, ait Olympiodorus. S. Hieronymus in cap. XVI Ezech., strophas veritatis, « versutias sermonum et solutiones enigmatum, » tum quia illæ docent usus sechel, id

*est, disciplinam intelligendi et prudenter agendi; tum quia Hebrei exercitant et acuebant nos discipulos, et quoslibet juniores proponendo eius strophas et enigmata, ut illos exercitati idonei accederent ad ipsam S. Scripturam. Unde, hanc vocabunt juniorum logicam, sive rationalem doctrinam, siquidem, ut ait Basilus in *Catena Graec.*, qui verborum stropa, id est flexi et inversione utitur, eos quibuscumq[ue] agit decipit, atque, ut vultus et leones ostendere solent canes, eos ludit; siquidem hi alii tendunt et alio se tendere confingunt. Solerter ergo et solerti logica opus est ad eam regendam, aut ut stropham convertat in anastropham, inquit Gregorius in *Catena Graecorum*. Audi Eusebium, libro XI *De Preparatione Evangelica*, capite III, *Hebreorum in parabolis eruditio[n]em descriptionem: « Hac rationalis doctrina, sit, ab inveniente state, sacramentum rerum, et utilissimum narracione historiarum, cantuum, epodarumque exercitio, compositione enigmatum, et speculationis allegories diserta eleganti que oratione suos erubent. Itaque primariarum disciplinarum Deuterotria (sive enim literarum suarum interpres appellant) quosdam habuerunt, qui res enigmatis admirabantur, non vulgo quidem omnibus, sed sicut tamen qui ad illarum intelligentiam idonei censerentur, illustriori explicacione reservarent. Hoc plane sententia sapientissimus apud eos Salomon: inde quoque Proverbiorum sui operi fecit initium, hoc fere de causa ad hoc scribendi genus se adductum esse declarans, cum disertis concepiscisse verbis oportere ait, quemlibet hominem scire sapientiam et disciplinam. »**

Allegorice, Epiphanius in *Catena Graecorum*: *« Qua circa Christum, ait, acciderunt, ea sermonum strophas aut inversiones hoc loco vocat. Nam et carnis expers incarnatur, et inaspectabilis sub aspectum venit, et impavidus carne patitur, et immortali nostri causa moritur, nempe quo immortalitate nobis largiretur. Ejusmodi autem rerum rationumque inversiones, omnes qui in Christum credunt, simpliciter citra illam prorsus curiositatem aut hesitationem admittant oportet: qui hinc edocit, Dei Filium veram per hanc justitiam administrasse, verumque iudicium exercuisse int[er]ligant. »*

Iustitia et iudicium et aquitatem. — Repete ad intelligendum, » vel potius, » ad suscipiendam justitiam, » etc.

Quences tertio, quid haec tria significant, et quare ratione inter se differant?

Primo, R. Salomon per *« justitiam »* accipit elemosynam; sive enim accipit *Psalm. cx. 9:* « Dispergit, dedit pauperibus; justitia, » id est elemosyna, ejus manet in seculum seculi; » et alibi. Per *« iudicium, »* sinceritatem judicandi, ut veritatem normam iudicet; per *« aquitatem, »* aequam compositionem, ut dissidentes et litigantes ex aequo et bono componat et pacifet.

Secondo, Aben Ezra per *« justitiam »* intelligit cultum Dei et omne opus bonum per *« iudicium, »* ut recte iudicet inter veram et falsum, et recte in iudicio proloquatur.

Tertio, Cajetanus *« justitiam »* proprie dictam accipit, que cuique tribuit jus suum, et quod ex jure ei debetur; per *« iudicium »* accipit eruditio[n]em iudiciorum divinorum, quibus diversi modis homines affliguntur: *h[oc] enim homines ad Dei metum cultumque impellunt: per « equitatem, »* sive rectitudines, accipit virtutes, *que hominem in seipso recte componunt, ut significentur haec tria que hominem recte cum Deo, cum proximo et cum seipso ordinet. Nam justitia ordinat et componit hominem: cum proximo, iudicium cum Deo, aequitas, sive rectitudo cum seipso: quo fit « ut sobrie, juste et pie vivamus in hoc seculo, » ut monet Apostolus ad Titum II, 12: « sobrie » quoad nos, « juste » quoad proximos, « pie » quoad Deum; nobis enim debemus sobrietatem et continentiam, proximo justitiam, Deo pietatem.*

Quarto, Vatablus: *« Justitia, »* inquit, est fides justificans. *Judicium »* est condemnatio sui. *Hoc enim iudicium facit sibi onus in tribunalis mentis sue, quo sua errata et malefacta iudicat et condemnat, de quo Apostolus: « Testimonium reddentes illi conscientia ipsorum, et infer se in vicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus, » Rom. II, 15: vide ibi dicta, et Michæl vi, 8, per « aequitatem, » id quod aequum et rectum est, quando scilicet omnia tribuumus Deo.*

Quinto, Beda, Hugo et Dionysius per *« justitiam »* accipiunt bona opera, per *« iudicium »* discretionem, per *« aequitatem, »* vel, ut in Hebrewo est, rectitudinem, rectam et sinceram intentionem.

Sexto, S. Ambrosius ad illud: *« Feci iudicium et justitiam, »* serm. 16 in *Psalm. xviii: « Judicavi, ait, finis est justitia; in iudicio est veritatis custodia, in iustitia fructus aequitatis. »* Et S. Augustinus in *Psalm. xv*, super illud: *Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt justitiam in omni tempore: « Amat, ait, Scriptura illa duo simili ponere. Et fortasse properi vicinitatem significatio[n]is etiam alterum pro altero ponit potest, vel iudicium pro justitia, vel justitia pro iudicio; tandem si propriæ dicantur, aliquid interesset non dubito, ut iudicium custodiore dicatur, qui recte iudicat; justitiam vero facere, qui agit. »*

Septimo, plane ad litteram et genuine: *Hec tria, « justitia, iudicium, aequitas, »* in re idem significant, nimur officium virtutis, sive id quod iustum, aequum et rectum est, qui est fructus et finis eruditio[n]is et doctrinæ, quam premisit: sed accumulantur per exaggerationem, ut virtutis perfectio significetur, utpote que haec tria in se includant et comprehendant. Sensus ergo est, q. d. Haec parabolæ erudiant vos, trahentque doctrinam, que doceat quid in omnibus justitia, ju-

dicimus et aquitas dicunt. sive quid in omnibus iustum, recto iudicio consonum et aquum sit, quid sollicet in qualibet re iusta et cum iudicio, hoc est, cum justa ratione et discretione, atque cum aquitate fieri debeat. Quare iustitiam hic non particulariter accipe, sed generalem, que est complexio omnium virtutum; hasce enim docet Salomon hisce Proverbis. Idem ergo hec tria significant, scilicet officium et praeceptum cuiuslibet virtutis, sed connatatio et etymo different. Dicitur enim *justitia*, » respectu rei et objecti, quod in se iustus est. Dicitur *iudicium* » respectu recte rationis et iudicis, que hoc iustum est dicit et iudicat, eae uero Dei et qualibet aequas iudex id iustum esse definiet, et contrarium facientes iudicet et condemnent. Dicitur *aequitas*, » vel, ut Hebrei est, מִשְׁמָרָה mescharim, id est rectitudines, quia sunt normae et regulae, puta leges eternae et divinae, conforme, ideology rectum est, non pravum, non obliquum et distortum. Unde Syrus pro *aequitatem* veritatem rectitudinem; Chaldeus, directionem; Septuaginta vero mescharim, id est rectitudines, neclendo cum οὐδὲν μητρά, id est *iudicium*, pro tribus iam dictis hec duo tantum assignant: » Ad intelligentiam iustitiam veram (non falsam, non fictam et hypocriticam), et iudicium dirigidunt, vel corrigendum, ut veritatem S. Hieronymus in cap. xviii *Ezech.*, ut scilicet iudicium per omnia sit directum, correctum et rectum. Alludit enim Salomon ad mortem Davidis patris sui, qui Psalmis identiter tam regi et iudice, quam privato cuique commendat hec duo, iudicium scilicet et iustitia, ut patet *Psalm. ix*, 5, 8, 9, *Psalm. xv*, 2, *Psalm. xvi*, 23, *Psalm. xxxvi*, 2, *Psalm. lxxi*, 2, *Psalm. lxxxviii*, 43, ubi ait: » *Justitia et iudicium preparatio*, id est basis, columnae et fulcrum; *sed in tuis*, q. d. *Judicium, qui punis*, o Domine, reos; *justitia, qui innocentes absolvis*, protegis et vindicas, sunt bases regni tui; *judicie enim, quod exerget rex et iudex*, duas sunt partes: una, reuendicare: *hunc significat iudicium*; altera, insontem absolvere et vindicare: *hunc significat iustitia*. Jam per catastres in domum transferunt ad privatum quemque: hujus enim officium in qualibet re est duplex: unum, vitium dammare et declinare, quod significat iudicium; alterum, virtutem colere et exsequi, quod significat iustitia, » *ixixa Psud.*: » Declina a male et fac bonum, » *Psalm. xxxv*, 37. Vitium enim in omni iudicio tam divino quam humano est reum, virtus vero est innocens, imo ipsa innocentia, iustitia et sanctitas. Haec ergo sunt due Christianae iustitia, sive officii et virtutis partes, puta timore et fugere malum, ac amare et prosseguire bonum; hoc enim, si facias, tam tibi quam ceteris omnibus eris officiosus, et nulli injuriosus. Hoc igitur est facere iudicium et iustitiam. Hoc noster Prudor in *Ezech. xviii*, 4. Addit Salomon terrium, scilicet *aequitatem*, » hebreice rectitudines, ut

significet iustitiam et iudicium esse aquissima et rectissima, adeoque esse ipsum aquitatem et rectitudinem moralium, que non est aliud quam ipsum virtutis praeceptum et officium, ut jam dixi; virtus enim est rectitudo et equitas, vitium est obliquitas ei iniquitas.

Hinc accedit expositio nostri Salazar, qui per *« justitiam »* scopit probitatem et honestatem in genere; per *« iudicium »*, prudentiam, qua singulis virtutibus, in quibus probitas sita est, leges iuraque prescribit; per *« aequitatem »*, vel rectitudines, ipsas singulares virtutes, vel virtutum actiones, quas cum iudicio prudentia exequitur vir probus.

Accedit quoque expositio Jansenii: Omnis enim virtus, inquit, *justitia* est, iudicium et equitas; *quae nomina eodem significant, congerunt autem pro Hebreorum more ad perfectum indicandam*. *« Justitia »* enim est opus bonum, quia hoc iustum est fieri. Idem est *iudicium*, *« quia illud recta ratio et eius divina communione decernit*. *« Aequitas »* est et rectitudo, quia recte rationi consonum. Conjuguntur frequenter in Scripturis duo illa, *« justitia et iudicium »*; per quod significatur, hic insinuat, dum additur, *« aequitatem »*, vel, ut habent Hebrei, pluraliter *rectitudines*, hoc est, ea que recta sunt. Ceterum illorum duorum alterum est mentis decernentis quod iustum est, alterum est voluntatis conformantis se in operatione cum recto iudicio mentis.

Itaque haec duo conjuncta significant, nec satis esse recte iudicare, nec satis esse quod rectum est agere; sed necessum esse, ut et quod recte iudicamus, recte agamus; et quod rectum est, cum iudicio agamus. Idem non aliud volueret S. Ambrosius et S. Augustinus paulo ante citati.

Denique huc accedit Didymus in *Catena Graecorum*: *« Justitia, alt, primus gradus est, ut uniusque quod suum est integre tribuat, maxime vero ut Deo, quod Dei est. Hinc illa: Dominum ex iustis laboribus honora. Legem observa. Parcentibus quod sequimur prestat, et celerrime denique omnibus quod aquitatis ratio postulat, imperfici cura. Secundus, ut anima eo studio se in omni moderatione et aquitabilitate conservet, ut nulla sua parte ad iniquitatem, aut aliquam omnino iniquitatem infleci se sima. Iudicium autem est, ut unusquisque seipsum iudicare sciat, omnique consilium et votum suum ad bonum beatum dirigat. »*

4. UT DETUR PARVULUS ASTUTIA, ADOLSCENTI SCIENTIA ET INTELLECTUS. — Septuaginta, ut det innoxentibus astutiam, puer autem nro sensum et cogitationem; Tigurina, que tractant simplicibus soleritatem, et imperit scientiam et prescientiam; Valentulus, que dant ductitatem soliditatem, et juvenem intelligentiam et consilium. Pro parvulus hebreicae est שׂמַחַת petraim, a radice פָּתָה pata; unde Graecum αἴσθησις, id est blandis verbis suadere, pellicio, persuaderet; inde בְּנֵי peti (unde Gallicum petit)

vocatur parvulus, simplex, persuasibilis, cui facile quidvis persuades, qui est sequaci credulitate, ac blanditiis cito inescatur et decipitur. Unde pro petam, Septuaginta vertunt ἀστεῖον, id est *mātia carentibus, innocentibus*; Symmachus, ματία, id est parvulus; Aquila, ἀστεῖα, id est istis qui se facile depari et facti sunt; Theodotion, ἀστεῖα, id est *decepīs*; Chaldeus et Syrus, *insipientia*; Tigurina, *simplicibus*. Peti ergo hic vocatur parvulus, tum astutus, tum sensu et prudentia, puta simplex, qui facile quidvis primo oblatum et blanditiis credit et impellicetur, itaque seductor et in fraudem impellitur. Tales enim solent esse pueri et parvuli, tum quia dulices et faciles, tum quia fraudum inexperti.

Pro astutia hebreica est מִשְׁׁרָח orna, id est astuta, attento, providenta, cauto, circumspetio. Unde ὑπὸ αὐτοῦ vocatur attenus, providus, astutus, callidus, cautus, vafer, solers. Rursum arim, id est congregatus, accumulatus, convolutus; hinc serpens Genes. iii, 1, decipiens Eavam, vocatur αρύν, id est, suis dolis aqua spiris et gyris circumcupit et involvit: haec enim spire indices erant interno serpentis astutiae, qua Eavam implicavit et circumvenit. Tales quoque sunt strophæ et parabolæ haec Salomonis, sed in bonum, quia arcana consilia, quibus res magne perficiuntur, tegunt, implicant et involvent. Eo ergo alludit orna. Septuaginta vertunt ἀστεῖα, id est vafritem, calliditatem; estque vox media, que tam in bono partem pro solerita, quam in malam pro fraude, dolo, malitia acipi potest, ut ἀστεῖα idem sit quod κακοποίησι, ait Didymus in *Catena Graecorum*. Unde κακοποίησι proprius significat eum, qui in omnibus rebus versatur est, a τῷ καὶ Ιητῷ, quasi ἡ τῶν ἀκαλέψας, qui scilicet omnibus rebus sese immisceret. Verum, quia talis solei esse callidus et vafer, hinc ἀστεῖα vocatur prudens, solers, callidus; item fraudulentus, serpentilius, ardolio, maleficus, impostor. Id fecit simililitudo viti et virtutis, ait S. Thomas, II II, *Quest. LV*, art. 3, ad 1. Hic in bonum capitur. Unde S. Basilius in initium *Proverb.* ait, ἀστεῖα aliam esse vicepoter dignam, aliam vero laudabilem: » Est enim ἀστεῖα, inquit, actio animi cum attentione quadam et arte, et studio laudabilis rerum omnium agendarum. » Dat exempla Hebreorum, qui astute petendo mutuo vasa aurea. Egyptianorum, spoliarunt *Egyptum*, Exodi xii, 33; et obstetricum, quae astute servarunt infantes Hebreorum, quos Pharaon juverat necari, Exodi i, 19; et Rebeca, que astute fecit, ut Jacob benedicitionem et jux primogeniture Esau fratri priperiret, Genes. xxvii, 45. Ad distinguendos doine ἀστεῖα, sive astutianam, bonam a mala: » Astuti appellatio, inquit, duo significat: improbus quidem sensu et arte in alienis uitia damna; laudabilis vero cito et solerter bonum proprium vestigans, dolos et insidias alias recte cognoscit, atque evitat. » Adit S. Basilius: » Vir astutus thronus est sensus, »

q. d. In viro astuto quasi in throno sedet astutia, id est prudentia, ratio et solerter, que quasi regina omnibus sensibus, animique et corporis motibus prudenter et solerter imperat, ut a malo declinet, et ad bonum omne provehantur. Igitur Salomon ait se hec Proverbia scribere, ut per ea detur parvulus et simplicibus astutia, id est prudentia, cauto circumspetio. Unde S. Gregorius Nazianzenus, *c. 44*, Proverbia Salomonis indigit a septentriō pedagogicam, id est pueros et rudes instituēt, ut instar pedagogi; sicut Clemens Alexandrinus sus libros de moribus compendiosis inscripsit *Pedagogum*. « In pueris enim, ait Aristoteles, III *Ethic.* cap. i, necratio, et appetitus regit omnes; » illo ergo, utpote incaudi, necessaria est cautio, quasi imperitis necessaria est perita, quasi cupidis necessaria est prudens cupiditatem moderatio et refrenatio. Idque non tantum ut diaboli, mundi et carnis insidias illebrasque effugiant, ut volvut Beda, Lyranus, Hugo et Bionius, sed etiam ad prosequendum bonum virtutis, praserit celsum et sublimem, ut docet hic S. Basilius. Qui enim solers est, parvo labore magna sibi parat virtutum merita et incrementa, et parvo in aliis virtutibus proficit; at qui mortificat passiones suas, et qui in charitate assidue se exercet, omnia sua facit ex amore Dei, hic brevi perfectus evadet. Haec astutia usus videtur Apostolus dicens: » Cura esset astutus, dolo vos cepi, » II Cor. XII, 16. Eadem commendat Salomon, Proverb. XIII, 16: » Astutus, inquit, omnia agit cum consilio; et cap. XIV, 13: » Astutus considerat gressus suos; et Eccl. cap. I, 6: » Astutus illius quis agnoscit? » Eadem Christianis praecepit Christus Dominus: » Esto, inquit, prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae, » Math. X, 16, q. d. Serpens est astutus et prudentis, primo, quia pro capite totum corpus oblicitus est gladiis: ita et tu, o Christiane, pro anime salute totum corpus, opes et famam oblige; secundo, serpens ne voces incantatorum audiat, itisque inescatur et incaetur, auem unam terrae affigit, alteram canida occidit: ita et tu, o Christiane, ne voces adulatarum, Sirenum, meretricium, allorumque tibi in tuam periculum ablandientium ab his, aures insta Ulyssis elande et oblita; tertio, serpens, inquit S. Basilius, hom. 9 *Hesych.*, lippientibus oculis freniculi succo medetur: ita et tu, o fidelis, vere prudentis et circumspectionis pharmaco discute omnes incognitam et inconsiderationis, a qua omnia malum nascitur, nebulas et caligines; quartio, serpens per angustum foramen gliscendo pellit veterem sibi detrahit, ut novam inducat: ita et tu, o Philothee, mortificatione renova tuos mores et vitam: » Via enim in celum angustus est, et virtus semper innovanda, » att. S. Augustinus, lib. II *De Doctr. Christiana*, cap. XVI; quinto, ἀρπens hostem se fortiorum per insidias aggredi-

ditur, et occulta mordendo necat : ita et tu, o Christiane, diabolus vires supra consilio et prouida soleris. Astutia hinc et soertia in bellis tum corporalibus tum spiritualibus est summa innotentia ; illa enim bellum conficit, et victoriam obtinet. Unde Vegetius, *De Be militi*, : « Dux bellum, ait, calidior sit quam fortior. » Sic Gedeon cum trecentis militibus astute complondens lagenas, et tubis per sonans, turbavit et eccecidit tota castra Madian, *Judic.* vii, 20. Similia stratagemata passim in historiis legimus, tubus pauci imbellies ingentes hostium fortissimorum copias prostraverunt. Quocirca Hannibal « noras astus adjungere ferro », id est, ex arte dimicare, ait Silius, lib. I; et Statius, lib. I *Achilleid* :

Tu tantum providas astu
Tende animum vigilem, secundumque erige pectus.

Tales erant Athenienses, proscripti incole Astu oppidi eis consilio : unde ab *zc*, hoc corum opido dictus est astus, astutus et astutia, auctor Lexicographi. Hinc illud Lysandri : « Ubi quod vis non assequitur per leonis exuvium, ibi vulnus applicandum est », q. d. Quod robore et viribus nequis, consilio et astutia.

Symbolice, cum parvulus congrue opponitur et componitur astutia, quia eam rubus parvus indidit Deus, iuxta illud : « Ingenio pollet, cui vim natura negavit. » Hinc parva vulpes astutior est magno leone, parvus canis sagacior est magno asino, parva simia solerter est magno bove, parve vivente magnos leopores ex atris suis abigunt, et in venatorem manus adiungit; parvae aves astutiores sunt magnis, parvi homines astutiores sunt magnis. Denique quid prudentius formolis et apibus exiguis animalibus ? Vidimus, inquit S. Nihil apud Antonium in *Melissa*, serpentes exigui corporis magnum aquilonem devorasse, quod quidem ita facit : ossa et nervos paulatim contredit, et contrita exsingit; sic etiam parva prudentia magnas saepe devoravit difficultates, atque digesta paulatim mordendo ; carpendo enim unam, mox alteram, tandem totam capit et tollit.

Notum est emblemata scarabaei apud Alciatum, qui abscondens se alii aquile, ejus ova perforavit, atque pullos sustulit. Hoc symbolum tropologice monemur in parvitate, id est humilitate, summam consistere prudenter et sapientiam; hec enim vincit iras, offusas, ites, bella ceterasque difficultates alias irrevocabiles. Unde S. Antonius, teste S. Athanasio in ejus Vita, in raptu videntis totum mundum laqueis demonum plenum rogansque : « Domine, quis his laqueos effugere poterit ? » audivit : « Humilis et humilitas. » Igitur vera prudenter et astutia est humilitas, que prouide omnia insuperabilia transcendit et supererat. Huc faciunt Sapientiam gnomes : « Non est sapiens, qui se sapientem existimat. Maxime scias sapientem, qui talem se negat. Absque livre, absque pompa, longe honorabiliores esse his qui solum ge-

magis se venditat; quo quis sapit magis, hoc minus se venditat. » Exemplo tibi sit noster Salomon, qui licet Dei iudicio esset omnium mortaliū sapientissimus, tamen humiliter de se profiteatur : « Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum », *Prov.* xxx, 2.

ADOLESCENTI SCIENTIA ET INTELLECTUS. — More Hebreo explicat quod dixit. « Ut detur parvulus astutia. » Hebrei enim in rhythmis et carminibus, ut videtur est in Psalmis, posteriori hemisticchio explicat prius. Astutia ergo est « scientia et intellectus ». Unde pro *intellectus* hebreus est **חַכְמָה**, **mezimona**, id est cogitatio tacita, vafrites, astutia, machinatio, stratagema, tamque in bonis quam in malis partem capitur. Radix enim **חַכְמָה** zanach significat tacite cogitare, excoquare, concepire, machinari, formare aliiquid in animo. Hinc Theodosius verit **σοφερτησιν**, id est *ratiocinationem*; Symmachus, **σοφην**, id est *sensus*; Septuaginta, **φρεσι**, id est *cogitationem*; Syrus, *consilium*; R. Salomon, *cogitationem constitit*; Tigrina, *prospectionem*. Omnia hec eodem redeunt. Sensus ergo est, q. d. Parvulus hec dabunt parvulus astutiam, et adolescentibus sapientiam, id est, ut Septuaginta, sensum, et « intellectum », ut sollicit discant in rebus omnibus sensate et intelligent, id est prudenter, caute et circumspecte, agere, ne quid per imprudentiam, ignoriam, vel inexperiencem peccent. Nam, ut ait sapiens : « Quatuor redundat adolescentiam omnium etatuum periculosis :

1. « Quia facilissima ad malum.
 2. « Quia sequitur totius vite fundamentum.
 3. « Quia difficillime corrigitur.
 4. « Quia inconstantissima in bono. »
- Hinc pariter « **Quadruplex est adolescentum sapientia** :
1. A pueritia statim pietati assuscere.
 2. Statum vite presentis diligenter perpendere.
 3. Prompte Deo vocani obedire.
 4. Constanter in bonis cibis perseverare. »
 5. « **Quatuor adolescentum thesauri incomparabiles** :

1. Virginitas corporis, a nativitate accepta.
 2. Innocentia mentis in baptismio data.
 3. « **Etas maxime virtuti opportuna.**
 4. « Morum modestia et verscundia. »
- Salomonem de more *secundis* Plato, et post eum Aristoteles, hec de scientia et doctrina dedit partim dogmata, partim axioma : « Tria dicebat pueris necessaria, ingenium, exercitationem, disciplinam. Aspectus a circumfuso aere lumen accepit, animus vero liberalius disciplinis. Studiorum radices amarre, fructus autem suaves. Rogatus, quo differentia docti ab indoctis ? Quo, inquit, viventes a mortuis. Eruditio dicebat inter prospera esse ornamentum, inter adversa refugium; parentes qui liberos erudiendos curarent, longe honorabiliores esse his qui solum ge-

nissent : eos enim vivendi tantum, illos etiam bene beatoque vivendi auctores esse. Rogatus quid ex Philosophia lucras esset ? Hoc, inquit, ut injussus faciam ea quae plerique per legum mentem faciunt. Interroganti, quo pacto discipuli euergie proficerent? respondit : Si excellentes prosequentes, tardiores non morentur. » Hec oratione Aristoteli tribuit Laertius in ejus Vita, lib. V.

Paulus aliter haec alii explicant et distinguunt. Primo, S. Basilus in principiis *Proverb.* versionem Septuaginta que habet, *ut detur puer novus sensus et cognitionis*, sic explicat, q. d. Ut puer detur sensus, id est cognitio prorsum; et cognitionis, id est cognitio futurorum. Sic et Polychronius in *Catena Graecorum* : Ut sensus, inquit, hoc est, omnes corporis vires ad animas vires transferantur, serviantque menti, prudentiae, legi Dei et virtuti. Dindymus vero in *Catena Graecorum*: Sensus, inquit, est cognitio historiarum, intellectus est cognitio allegoriarum.

Secundo, sagaciter noster Salazar : Aristoteles, inquit lib. VI *Ethicorum*, cap. XII, et *Magnorum Moralium*, lib. II, cap. LIV, tanquam prudentiam partem emmetat industriam, et ingenium seu intellectum. Industria perficit ad electionem et deliberationem, ingenium ad executionem. Industria (inquit Aristoteles) est qui facultate consultandi est predictus, et recte judicare ac videre aliquid potest. Itaque industria munus est medium efficiacem omnino perspectam habere, atque media ipsa ordinare, et bonam in seriem redigere, ut electio sit prudenter. Ingenium vero sequitur electionem, spectaculo ad executionem : « Est, inquit Philosophus, vis quedam, quam ingenium dicunt, que ejusmodi est, ut efficiere possit, et adipisci in ea quod propositum finem pertinent. » Subdit Aristoteles : « Ingenium non est prudentia, sed est habitat prudentie, quasi oculo animali innatus; » dirigit enim prudentiam, quasi oculus ad executionem, ut quod illa prudenter concepit, hoc ipsa expedite et solerter exequatur; unde sine ea prudentia est lusus vel monachus, quia exsecurio est cœca : esto conceptio et electio furent oculata.

Terzo, Lyranus « intellectum » accipit more Philosophico pro cognitione principiorum, « scientiam » pro cognitione conclusionum non tam speculativemarum quam practicarum, qualis est Ethica, de qua hic agitur.

Quarto, Irenæas : Haec quo, inquit, sunt dona spiritus Sancti, nimur donum usus spiritus scientie et intellectus, de quibus multa dixi *Ioseph.* cap. XI, vers. 1 et 2.

Nota : Salomon aque ac Siræides, suam hanc sapientiam sive Ethicam eam causa nunc vocat sapientiam, nunc « intellectum », nunc « prudentiam », nunc « disciplinam », nunc « eruditio », nunc « peritiam », nunc « doctrinam », nunc « astutiam », nunc « calliditatem », nunc

« consilium », nunc « judicium », nunc « veritatem », nunc « acquitatem », nunc « justitiam ». Quae omnia re idem significant, nimur sive Ethicam, sive cognitionem agendorum; etyma tamen et propria nominis significatio differunt, ut patet etymon cuiusque intuitu vel vestiganti. Addit Ethicam, sive prudentiam, multas in se complecti partes, multisque actus consultationis sive consilii, electionis, discipline, scientie, intellectus, etc., qui aliquando proprie et speciatim hisce nominibus significantur, aliquando vero generatim per ea totum genus prudentie intelliguntur per synecdochem.

3. **AUDIENS SAPIENS, SAPIENTIOR ERIT** (hebreo, *addit sapientiam*, id est, ut Rabbi Levi, cumulatur sapientia) ET INTELLIGENS, GUBERNACULA POSSIDEAT. — « Audiens », scilicet has meas parabolæ, easque ruminans, et in praxi deducens, per eas evadet sapientior. Unde Septuaginta vertunt, *huc enim audiens sapiens, sapientior erit*; Tabithus, quae (parabolæ sive sententias hasce) qui *audit sapientiam, cognitione promovet*, q. d. Dixi haec mea Proverbia valere, ut parvulos et simplices doceant prudentiam; nunc addo ea quoque pro futura sapientibus, ut in sapientia proficiant. Proprie ergo Salomon loquitur de suis hisce Proverbis, ut recte notat S. Basilus; a pari lamen vel simili ideam vult extendi ad dicta cuiuslibet sapientis, ut extendet Beda, Hugo et Lyranus. Unde Notus indefinite verit, *audiens sapientiam*, q. d. Quiunque sapiens, etiam infidelis et Gentilis, qui vel haec mea, vel cuiuslibet alterius sapientis dogmata audiunt, siisque obedierit, evadet sapientior, ut se etiam filiam, quia et rempublicam prudenter gubernare valeat.

Nota. 3. *audiens* : significat enim modum pertingendi ad sapientiam esse, avide et humiliare cum audire. Nam, ut Aristoteles : « Auditus est sensus discipline; » superbi enim, qui se supereputant, nolunt alios audire, ab hisque discere, ideology in sua superba remanent insipientia.

Significat hic *primo* Salomon, se hujus sua Eticae discipulum requiret attentum et audiendi attentionem. Nam, ut ait Isidorus Pelusiota, lib. III, epist. 343 : « Auri auditoris desiderium est sapientiam. Neque enim multis labores magistro exhibet, siquidem ad cultum et segtem ingenii sagacitas sufficit. » Nam, ut ait Philosophus : « Animus in ipsis hospitatur auribus. Audire ac tacere rerum est omnium arduissimum. »

Secundo, sapientis esse libenter audire et discere, atque audire plus, minus loqui, nimur ut ait Seneca, epist. 77 : « Tamdiu audiendum et discendum est quandom nescias, et si proverbio credimus, quandom vivas, » et in *Proverb.* asserit, « eundem finem esse discendi atque vivendi. » Et alius : « Nulla etas videri sera ad discendum potest. Litteras Graecas senex didicit Cato. Nulli fuit pudor discere quidquam a Barbaris. Tamdiu cuique est discendum, quandom quid nesciat. Ad-

multe in aures cuncta, et disce ab omnibus. Alios quod es doctirus, ante dicto. Discum facilius qui libenter audiunt. Multa indies addicentes semesimus. Quotidie aliquid addicentes fit senex Solon. »

Alfonso Aragonum rex audiens regem quemdam dixisse principi non convenire audire et discere, iratus exclamavit: « Bovis, non hominis, illa vox; ita Lipsius, Monit. polit. lib. II, cap. vii.

Carolus IV imperator ad quatuor horas magistrorum in scholis Pragensibus auditivit; cum id purparati egre ferrent, suggesterentque horam connexisse: « Mihil, inquit, minime effluxit; nam orena hæc mea est. » Ita Aeneas Sylvius, lib. IV Gestorum Alfonsi. Hoc est quod David rex ait Psal. L: « Auditi meo dabis gaudium et latifiam. »

Et S. Augustinus in Psal. XLIX: « Qui vis audiiri, prior te audi, et de illud Psal. LXXXIV: Audiam quid loquatur in me Dominus. Qualis ergo ego, qui non audio quid in me loquitur, et volo ut alii audiant quid per me loquitor, et alio. Admonet illus ut audiat, non ut deponat prædicacionem, sed ut assumat obedientiam. » Quintino S. Augustinu[m] jam Episcopus a quolibet, ac presertim a S. Hieronymo audire, edoceri et discere cupivit et postulavit, ut pater epist. ad eundem 12 et 15, in qua ait: « Lædes me, si mihi taenier error meum, quam forte invenieris in factis, vel in dictis meis. » Et epist. 28: « Quanquam te multo, inquit, quam ego sum istate maiorum, tamen ipse etiam jam senex consul; sed ad descendum quod opus est, nulla mihi istas sera videri potest; quia etiæ senes magis decet docere quam discere, magis tamen discere quam quid doceant ignorare. » B. quoque Cyprianus Alexandrinus, lib. I in Joan. cap. II: « Canes, ait, venatores imitantes sapiens hic illue feram querentes. Ipse enim non intellectum rem sepe ac multum investigans interrogans tandem assequitur. » Denique S. Jacobus, cap. I, vers. 19: « Sit, ait, omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. » Vide ibi dicta.

Ihus sententia elegans existat vulpis et corvi « prologus, nervosis scutisque gnomis interstinctus, apud Cyrrillum, lib. I Apol. moral. cap. I, cuius titulus est: Semper disce, et in extremis horis sapientia magis atque. » Ubi sic ait: « Vulpes decepta ardore cupidine plus sciendi, quererat magistrum. Huic senectus quidem infirmitate pregravata, aviditate tamen sciendi peragili, cum corvus astutior occurrisset, peracto multuo salutis officio, satis late subinxerit. Vera voluntas Dei fuit, ut citio mihi occurseret quod volbam. Te namque, qui celi cardines perambulas, et multa consideras, ut me discipline stilbundam intruere perquibam. Cui ille respondit: O antiqua caliditatis magistra, quid amplius queris scire? Hoc certe tantum tibi restat, ut peccatum tuum finem habeat. Ad hanc discipula facta doc-

trix, ita dicatur respondere: Numquid, frater miscriptum a Salomone est (Proe. cap. I, vers. 3): Audiens sapiens sapientiam, sapientior erit? et quare hoc dixit, nisi quod sapientia non est numerus? Ex quibus deinde colligit alterum titulum: « Unde semper eportet addicere, et in extremis horis studium sapientiae desiderabilis indagare. Finis enim prudentis sapientia est, et ob hoc quanto hinc fini viciniores sumus, tanto majore impetu ad amplectendum eum avidiores, cum natura curramus: virtus enim motus naturalis est sine fortior est, et cum suis senio ingrosatur, aspectus ex parte rationis accutus. Dignum ergo est, ut quando plus viget mensis judicium, discipline tunc plus operam impendamus. Nam dum hic vivimus, nunquam in eodem statu manemus. Quare si non proficiimus, mox deficitus. Sic enim perspicuum estiam accedere in multifilibus rebus: quoniam sol, eum ultra non procedit, revertitur, et statim dies diminuitur, dum non crescit. Similiter cum non magis protendit etatis cursus, mox in senium inclinatur. Igitur donec in semita fueris, semper disce, nec unquam putaveris sati esse; quia si steriles, retrocedis. Nihil minimorum organorum nostrorum natura post, sed ante tantum compositus, ut in virtutis actibus non retrocedentes, immo superantes crescamus. Plures enim sensuum nostrorum ante situati sunt, ubi etiam sunt manus et pedes. Quo dicto discessit. »

Et INTELLIGENS GUBERNACULA POSSIDEAT. — Pro gubernacula Septuaginta vertunt *τελευταν*, quod Complutenses vertunt ad verbum, *gubernationem*; Romani, *rationem gubernandi*. *τελευτη* est *τελοβολη*, quod primo significat *consilia*, quibus scilicet si et alias gubernet. Unde Vatablus vertit, et qui *judicio* pollet, *industria consilia consequatur*; secundo, proprio significat gubernationem et gubernacula, ut vertit Noster et Septuaginta. Raxide enim *τελοβολη* significat colligere et funibus constringere: *τελοβολη* enim est funis. Inde *τελοβολη* vocatur malus sive arbor navis, a funibus dicta, quibus circumquaque in summitate colliguntur, ut illis retinatur dirigaturque, per quos *τελοβολη*, id est naucleus vel gubernator, navem gubernat. Inde *τελοβολη* a navis gubernatione ad quamlibet aliam publicam gubernationem transfertur, quod consilio, industria, experientia et prudenter regenda est. *Tachibul* ergo non significat funes, nec funambulos, sed gubernacula, et *στοιχη*, id est consilia, quibus gubernacula diriguntur, ut passim vertunt S. Hieronymus, Septuaginta, Chaldeus et Rabbinus: esto a funibus sumpta sit translatio et metaphoræ, vo quod funibus velum mali, quo diriguntur navis, gubernetur. Quia ergo *tachibul* duo significat, scilicet consilia et gubernacula, que ultraque instar funium inter se connexa et implexa sunt, hinc duplex est hic verso, duplexque sensus.

Prior R. Levi et Aben Ezra, quos sequitur Vata-

bis, q. d. Salomon: Qui hasce mea parabolæ attente audierit, si sit sapiens, id est sapientias studiosus et inchoate sapiens, evadet sapientior; qui vero eas penitus intellexerit et perspexerit, hic *tachibul*, id est consilium, solerisque ingenium acquirit. Secundo, et potius, *tachibul* significat gubernacula nauclei, indequ sapientis. Sicut enim naucleus malo et clavo regit nave, sic sapiens prudentia et consilio regit rem publicam illi per omnia bene *concordans*, eamque recte dirigenz et promovens.

Sensus ergo est, q. d. Qui haec mea aliave aliorum sapientiam proverbia audit et intelligit, is admodum magnam prudentiam, multaque consilia et præcises, quibus non tantum se, sed et domum, collegium, congregacionem, civitatem et rem publicam, can sapienter regere queat, ideoque eum prospecta fuerit ejus haec prudentia et sapientia, facile gubernaculi collegi vel republicam administrabit, eique gubernator ad eam moderandam praedictetur. Ita videamus in republica ad magistratus et prefectos promoveri eos, qui sapientia et prudentia regendi possint, quicque in Ethica et Politeia versati sunt. Ita S. Basilus, Beda, Hugo et alii.

Audi S. Basilus: « Prudens naucleus, ait, est qui de recto ac firmo nature proposito lis uitia que accidunt, nec status in prosperis, nec rursus in calamitatibus demissus, » nimur quia *tachibul*, id est, prudentiam et sana consilia mentis sue, que hoc libro traduntur, velut funes mali, quibus regenda est navis publica vel privata, constanter tenet, ut sis et suos in hoc mari proceros tuerat, et dirigat ad portum salutis.

Unde S. Basilus hoc loco, scilicet hom. 12, triplex assignat mare mysticum, in quo navis humana vita per prudentiam regitur, et ad portum diriguntur: *primum* est hoc seculum, in quo fortunatus dominatur, dum hos extollit, illos deprimit: in hoc ergo mari navis est quilibet homo, et homini sors prospera vel adversa; *secundum* mare est cor, quid variis passionibus, cogitationibus et desideriis velut maris estibus assidue agitatur et fluctuantur: in hoc mari navis est ipsa mens et voluntas; *tertium* est vita carna viaque, qua per gemus in eccliam, quam obsidit demones quasi piratae, ut navim cum mercibus, id est animam cum bonis operibus, prædulent vel mercant. Id siro oit in placidum, « intelligentes, » id est prudens, fecitans honum librum, vel legi audiens, *tachibul*, id est gubernacula, « possidebit; » quia multiplici prudentiæ quasi gubernacula opus est, ut triplice hoc mari illæs sileamus, et ad portum salva nave et mercibus appellamus. Hinc rursum non ait: Ille habebit, nec tenebit; sed: « Possidebit, » quia continua prudentia opus est, ut unquam constillorum funes et manu dimittere, sed eos firmiter et jugiter usurpare, ac quasi hereditatem possidere debeamus.

Adde quartum mare, quod est provincialium cetumque hominum in mundo varietas, que variis populorum nubibus et motibus agitatur et fluctuat quasi mare. In hoc mari navis est quilibet respublica, nbi docet Plutarchus in Polit., Plato, lib. II *De Legib.,* S. Chrysostomus, homil. 6 ad Pop., et alii; quare naucrho indiget, id est gubernator solerit et prudenti, qui eam velut ingenem popularum navem apte moderetur et regat, ut scilicet inter cives pacem et concordiam constet, ut vicini vel amici sint vel subtili, ut schismata, seditiones, coniunctiones, harres, pravi mores caveantur vel extirpetur. In hac ergo navis anchora est religio, funes sunt leges, vola sunt sortes et opes civium, quae vento secundo, id est fortunæ faventi, pandentur sunt, adverso constringenda.

Igitur docet hic Salomon gubernatore reipublicæ debere imitari naucleorum. *Primo*, sicut naucleus sedet ad gubernaculum, puta ad clavum numen, ut eum possidere videatur: ita gubernator reipublicæ sedeat et possidat justitiam, ut eam taceat et eique administraret; haec enim est in republica id quod clavus in navi. Scit enim clavus recta in portum dirigat navem, ita rectitudine justitiae dirigat reipublicam ad pacem et prosperitatem. Unde Sigismundus Imperator: « Velut is qui in puppi, inquit, sedens fecit gubernacula, simus navem ipsam fecit reflectique: ita ad reipublicam clavum constitutus, eam regit diriguntur. » Cumque quispiam magistratibus preferret tribunos militum, excedentes: « Tace, ait, o Thraso; nulla nobis militia foret opus, si sua quaque civitates et imperia justæ recoleque gubernaret. » Notum est illud: « Sat probe gubernatorum clavum rectum si tenet. »

Secundo, naucleus sedens ad clavum circumspicit totam navem, omnibusque et singulis tam personis quam rebus prospicit providetque: ita gubernator reipublicæ omnia et singula in republike iustret et circumspicit, tam bona quam mala et pericula, ne quid cum lateat, ut bona promoveat, mala avertat. Unde summa lex gubernatoria est, « posse somnum vincere. »

Tertio, naucleus multis habet nautas administratores, sibique subordinatos et subservientes, ac maxime peritos sedulosque sibi seligit, quibus pro eiusque talento injungit et partitur navigandi officia. Unde illud: « Optimos gubernatores juvent remigum manus. » Idem facit gubernator reipublicæ ut incorruptos, sapientes et fortes deligat officiales, quibuscum curas et officia gubernandi partiat pro eiusque aptitudine. « Navarchus, inquit Plutarchus in Politicis, optimos querit nautes: ita princeps eos ascecalis amicos, qui ad rem publicam administrandam sint idonei. » Atque haec est potissima ratio et modus bene gubernandi. Cum enim princeps solus per se non possit obire omnia reipublicæ munia et officia, necessum est ut ea obeat per alios; quare deligit oportet viros fidios, strenuos, magni judicii et spiritus. Quod si us neglectis consanguineos vel amicos minus ap-

tos, aut adulatores officiis admoveat, illi vel expilabunt rempublicam, vel sua superbia, imprudencia, libidine eam perdent. Ita faciebat Mediolani S. Carolus Borromeus Archiepiscopus, ac proinde optime tantam rexit Ecclesiam. Ita faciebat Romanus Gregorius XIII, qui quatuor viros integratos spectato prudentie, virtutis et zeli totius Ecclesie Romane regimini praefecit, inter eos operas et officia pro exigitus talento licet, ac per eonta quanta legitima. fimo conspicimus, efficit. Ultimum omnes reges, principes, Pontifices et Praefati officiales graves fidosique, qui non sua, sed que boni sunt communis speculant, quererent! sancirentur; quos si adhucr gubernaculis, et sua conscientia, et Deo, et reipublice satisfacerent, optimeque eam regerent. Ita fecit Moses secutus consilium Iethre jussu Del. *Eccodi xviii, 24*, atque haec ratione tot miliones Iudeorum ad eius durorum, et praefectorum, tanta facilitate et felicitate gubernavat. Scitur est illud: « Imperare vis secure? judges statu optimos. » Tales fere sunt qui magistratus defraudent. Quocirca Alexander Severus Imperator ambientes magistratu arcebat, dicens: « Inviti, non ambientes, in republike collocandi sunt. » Ita Lampadius in *Alexandro*. Nam aene imperatur, qui non libenter imperat.

Quarto, nauclerus maxime attendit navis clavo et velo: inde enim pendet tota navis directio et salus; clavum per regum, velum per nautas, qui per nauticos funes velum ad ventum quilibet continua translatio obvertunt, nuncque illud plane explicit, nunc contrahunt et sinuant, nunc plane strungunt et compleant. Ita gubernator reipublice ad clavum sedens sua circumspectione et vigilancia omnia dirigat, ac officiales jubeat velum accommodare vento, id est, consilia modumque regendi, et officia sua obeundi, accommodare occasionem et temporis. Alia enim gubernatio instituenda est tempore pacis, alia tempore bellii, alia apud cives benevolos, alia apud malevolos, etc. Hinc navis passus velis sulcans mare, est quasi avis per nubes aera, et qua facilitate id facit avis, eadem facit et navis, si vela rite pandantur. Unde poete vocant: « remigium alarum. » Talis plane, tamque facilis et felix est prudens gubernatio reipublice.

Quinto, nauclerus eminus providet et propinquit temporibus tempestates, piratas et fluctus, atque prudenter nunc se eis opponit, ac vi superat, non edat et declinat. Idem faciat gubernator reipublice. Trilum est illud: « Maxime arc gubernatoris tempestate currit; » et: « Regnare nescit, odia qui nimium timet. Peritus nauclerus, etiam scissos velo navigat. »

Sexto, nauclerus non suum, sed vectorum spectat commodum, ideoque navi dirigendis incumbit. Idem faciat rex, princeps, episcopus, etc., ut non sum, sed reipublice spectet bonum, ideoque eius regimini totus invigilat, totumque se ejus sa-

luti devotus. Nam, ut ait Damascenus in Historia Barlaam et Josaphat, cap. *XXXVI*: « Sic ut in navigantibus quando nauta fallit, modicam vectioribus affert lesionem; quando vero gubernator, totius navis efficit ruinam: sic in republica si quis prius delinquit, non tam populo quam subimet nocet; si vero rex, omnis operatur conversationis detrimentum. »

Septimo, nauclerus licet non sequeatur pissa, vel placita vectorum; scitum enim est illud: « Vectioribus, nauclere, si parcs, peris, » enique tam pro sua capacitate respondet et satisfacit: « Et recitor non sequatur regendorum cupiditates, sed tamquam quemque pro sua indole et inclinatione gubernet, eique quoad potest se accommodet. Prudenter noster B. Franciscus Borgia: « Qui ceteris, ait, praesesse volunt, non una omnes, qui parent, regula metiri oportet; sed bonus milites imitari, qui pro fistula capti machinam bellicam sulphureo pulvere implent. » Ita Ribadeneira, lib. IV Vita ejus, cap. viii.

Hinc illud Tiphimi apud Nonnum: « Sapientia nauclerus navem torquet, non valentia. » Et illa vulgo celebrata: « Si diu imperare queris, leniter impera, amore, non metu. Quisquis imperat recenter, non bene imperat. Non regit navis magister vi mera, sed leni manu. Qui vult amari, languida regnet manu. Regendi inhibet est, quidquid excedit modum. Juvenem facilius quam seniorem rexeris. » Hinc illud S. Pauli monitum ad Timoth. epist. I, cap. v, vers 4: « Seniorene ne increpaveris, sed obseca ut patrem; juvenes, ut fratres; annos, ut matres; juvenculos, ut sorores in omni castitate. »

Octavo, nauclerus optimus est qui alteri perito prius servit, ab eoque nam regere dicidit. Item qui navarcho totius classis prompte obtinet, et officia sua obeundi, accommodare occasionem et temporis. Alia enim gubernatio instituenda est tempore pacis, alia tempore bellii, alia apud cives benevolos, alia apud malevolos, etc. Hinc navis passus velis sulcans mare, est quasi avis per nubes aera, et qua facilitate id facit avis, eadem facit et navis, si vela rite pandantur. Unde poete vocant: « remigium alarum. » Talis plane, tamque facilis et felix est prudens gubernatio reipublice.

Nono, nauclerus sepe in tempestate, ventis et prociliis ad coelum et stellas, presertim polares, respicit, ut discat ubi terrarium sit, ac juxta eas cursum dirigat. Ita qui gubernat rempublicam vel Ecclesiam, crebro, presertim in difficultatibus,

deum invocat, ab eoque consilium et auxilium ad bene regendum flagitet: « Nam omnium optimus gubernat, cui gubernator est Deus. » Quia et Homerus censuit neminem recte gubernare nisi ex Deo; hinc et reges bonos vocat *ἀρχόποιος*, id est a Jove erutros. « quis ergo optimus gubernet? Qui vim habet numinis, »

Quocirca symbolic Origenes in *Catechismo* hoc loco, per « gubernacula » accipi peculiarem dei gubernationem: « Ille enim, ait, si sapientem semel natus fuerit, nihil amplius grave patuerit. Talis enim homo recta navem, et ad Deum, itaque ad voluntatis illius portum appetet. Qui autem ita compatus non est, est utique naufragium patuerit, aut circa spem, aut circa charitatem, aliamve virtutem, ut iure excludatur. Ad maris profunda deveni, tempora demersit me, » *Psalm. LIVIII.*

*6. ANIMADVERTIT PARABOLAM, ET INTERPRETATIONEM, VERBA SAPIENTUM ET ENIGMATA. — Expiat quod dixit versus precedente: « Audiens sapientem, sapientem erit; » quia scilicet haec meas sententias et dogmata audiendo, « animadvertisit, » id est cognoscet, « parabolam, verba sapientum, » etc. Unde pro *animadvertisit* hebreus est *תְּבַדֵּל* *lelabin*, id est ad intelligendum « parabolam, » hebreus *מָשָׁכָת*, id est gravem et sapientem qualibet sententiam, ut dixi versus 1; unde « parabolam » explicans subdit: « Verba sapientum; » et « interpretationem, » ut scilicet parabolam et verba tam mea quam aliorum sapientum, ac presertim « enigmata, » scilicet ac easy interpretari valent. Nam siue *parabolam* refert et explicat per « verba sapientum, » sic *ad interpretationem* refert et explicat maxime per « enigmata; » haec enim quia involuta et obscura, acrum requirunt interpretandi vim. Unde Septuaginta pro *interpretationem* verlunt, *ὑπερηφάνης λέξη*, id est obscurum sermonem: huius enim fit interpretatio: ea enim clarus sermo non indiget. Interpretatio ergo connatal et involvit obscurum sermonem. Hinc pro *interpretationem* hebreus est *מִתְּלִיכָה* *melitta*, quod *תְּבַדֵּל molta* significante in *niphsh* dulcescere, derivatur; quia sicut dulcis cibus, ut mel, ori suavit sapit, sic menti septit, dulcis et jucunda est *melitta*, id est interpretatio enigmatis et rei obscurae. Alii derivant a *תְּלִיכָה*, id est risit, derisi: « nade aliqui verlunt *caelitos*, q. d. Sapiens adeo facile *re*obscuras interpretabilis, ut quasi ridens per lusum et jocum id faciat, utque proponens enigmata irridat et deludat: *melitta* enim, id est *interpretationem*, ad enigmata pertinet patet ex illo *Job. II, 6*: « Numquid non omnes isti super eum parabolam sumunt, et loquuntur *enigmatum ejus?* » Nam pro *loquelam* hebreica est *melitta*. *Melitta* ergo tam obscuram loquelam, ut vertunt *Sepluaginta* et *Noster ibidem*, unde et *Symmachus* vertit, *problema*, quam interpretationem ejus, uti *Noster* et *Aquila* vertunt *hoc loco* (non *Vatablus* vertit, *eloquentiam*), significat. Hinc *Herodotus* vocatus est *enigma*, *aspero*, intelligendum est.*

id est obscurus, tenebrosus, quod in dictis et scriptis suis affectaret obscuritatem (1).

Vere S. Augustinus in *Psalm. cxv*, concione 21: « Quod difficilis queritur, ait, solet dulcis inventari; nec putet ista vobis obscuritate subtraeta, sed difficultate condita. » Ab obscuritate sententia ergo nascitur dulcedo interpretationis, cum mens dentibus volvitur feriturque. Dulcis enim sapit, quod labore seu *sibi* conditum; sub labore ergo et difficultate difflentur delicia, sicut diffractions gustatur nuclei suavitatis. Unde S. Hieronymus, epist. 13 ad *Paulinum*: « Tolum, ait, quod legimus in divinis libris, mitem quidem et fulget etiam in cortice, sed dulcios in medulla est. » Et S. Gregorius, homil. 6 in *Ezech.*: « Magne, ait, utilitas est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum, ut fatigatio dilatetur, et exercitatus capiat, quod capere non potest otiosus. Habet adhuc quoque aliud majus, quia S. Scriptura intelligentia, si in cunctis esset aperta, villesceret. In quibusdam locis obscuris tanto majore ducedimus inventa reficit, quanto maiore labore fatigat animum quesita. »

Porro prisci sapientes gaudentiam amantibus, tum ut illis arecanum sapientiam velarent, tum ut suorum ingeniorum exerceant.

Talia sunt illa Ausonii, pia aequa ac gravia, et aucta pro ceteris:

Quoniam summa boni. Meus que sibi conscientia recti.

Id est, quid optimum? Animus bene sibi concilius.

Premices homini que maxima? Solus homo alter.

Id est, homo homini lupus et deamon.

Quis dives? Qui nil capiat. Quis pauper? Avarus.

Dives est non qui multa habet, sed sorte sua contentus. Avarus omnis pauper, qui omnia que habet, non habet.

Quae dos mat quis pulcherrima? Vita pudica.

Mulier, indotata etiam, satis dotata est, si casta est.

Quae casta est? De qua mentiri fama veretur.

Casta sepe non est, de qua fama turpiter loquitur.

Quod prudentis opus? Cum possit, nolle nocere.

Proprium prudentis est, cum possit, nolle tameclisci.

Quod statu proprium? Non possit et velle nocere.

Malus, etiam cum non possit, optat tamen ludere.

(1) *Melitta*, a rad. *μέλι*, que ostendente Schultensio, proprie *infexit*, *intorsi*, *obliquans*, significat, hic et *Job. II, 6*, de dictorio aculeato, seu aliqua *ironia aspero*, intelligendum est.